RESERVADO
328
B. N. L.

Res. 328

~~4-3-23.~~




Hore in laudem glorioſiſſime virginis marie ſecũ=
dum vſum Romanũ totaliter ad longũ ſine requir:
cum multis ſuffragijs & orationibus de nouo additis.
Etiam cum figuris apocalipſis beati Iohannis euan=
geliſte nouiter Impreſſe Pariſius Per Germanũ har
douyn bibliopole Iurati : commorantem inter duas
Ianuas Palatij:ad interſignium diue Margarete.

O hoſtie treſſalutaire
Des humains la ſeulle eſperãce
De te louer ne me doibs taire.
Mais touſiours auoir ſouue-
nance.
Car par toy la fierre arro-
gance.
Des ennemys eſt confundue.
Parquoy tu nous as ſans doubtance.
Donne paix & gloire rendue.
Tu es des bons digne exemplaire.
Tu es du tout noſtre fiance.
Tu es le filz dieu debonnaire.
Qui as ſur tous humains puiſſance.
Vueille nous donner deliurance
De la guerre qui eſt eſmue.
Dennemys qui nous font greuance.
Et que la paix nous ſoit rendue.

Sequitur. O ſalutaris hoſtia. cum
Antiphona. verſus & oratio.

O Salutaris hoſtia que celi pandis hoſtium: bella premunt hoſtilia: da robur fer auxilium. Antiphona. O ſacrum conuiuium in quo chriſtus ſumitur. recolitur memoria paſſionis eius mens impleretur gratia: & future glorie nobis pignus datur alleluya. Verſus. Cibauit eos ex adipe frumenti. ℟. Et de petra melle ſaturauit eos.

Oratio.

DEus qui nobis ſub ſacramento mirabili paſſionis tue memoriam reliquiſti; tribue

queſumus; ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari & redemptionis tue fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui cum deo patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in vnitate eiuſdem ſpirituſſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Precepta decalogi.

Vnum crede deum. Nec iures vana per ipſum. Sabbata ſanctifices. Habeas in honore parentes. Non ſis occiſor. Fur. Mechus. Teſtis iniquus. Alterius thorum. Reſque caueto ſuas.

Qui du tout met ſon cueur en dieu.
Il a ſon cueur & ſi a dieu.
Et qui le met en autre lieu.
Il pert ſon cueur & ſi pert dieu.

Quãt la lune eſt en gemini: libra a aquarius: il fait bon ſaigner au ſanguin. aer.

Quãt la lune eſt en aries: leo ⁊ ſagiptarius: il fait bon taigner au collerique. feu.



Le colleriq tiẽt du feu: ⁊ du lyõ il a perilleux vi mauuaiſe complexion.

De leaue et de laignel tient le fleumatique et eſt ſimple et doulx tendant a pratique.





Du ſigne et de laer tient le ſanguin q eſt frãc plaiſant ⁊ ioyeulx vin.

Le melẽcolique tient du pourceau ⁊ de terre eſt peſant ⁊ ord: dhõneur ne luy chault guere.







Quant la lune eſt en thaur9 il fait bon ſaigner au fleumatique. Terre.

Quant la lune eſt en cãſcor. & piſces il faict bon ſaigner au melencolique Eau.

La folatique mapel on
Le quart de la lune ay mengee
Chaſcun tient de moy peu ou non
Iay grande genealogie.

## Almanach pro.xix.annis.

| Numerus anni. | Paſcha. | Numerus aureus | Littera dñicalis. | |
|---|---|---|---|---|
| M.d.xxxiiii. | v.aprilis. | xv. | D | |
| M.d.xxxv. | xxviii.mars. | xvi | C | |
| M.d.xxxvi. | xvi.april. | xvii. | A | B |
| M.d.xxxvii. | i.april. | xviii. | G | |
| M.d.xxxviii. | xxi.april. | xix | F | |
| M.d.xxxix. | v.april. | i | E | |
| M.d.xl. | xxviii.mars. | ii | D | C |
| M.d.xli. | xvii.april. | iii | B | |
| M.d.xlii. | ix.april. | iiii | A | |
| M.d.xliii. | xxv.mars. | v | G | |
| M.d.xliiii. | xiii.april. | vi | F | E |
| M.d.xlv. | v.april. | vii | D | |
| M.d.xlvi. | xxv.april. | viii | C | |
| M.d.xlvii. | x.april. | ix. | B | |
| M.d.xlviii. | i.april. | x. | A | G |
| M.d.xlix. | xxi.aprilis. | xi. | F | |
| M.d.l. | vi.april. | xii. | E | |
| M.d.li. | xxix.mars. | xiii. | D | |
| M.d.lii. | xvii.april. | xiiij. | C | B |

In principio orationum tuarum dic.

Aperi domine os meum ad benedicēdum nomen tuum: munda quoqꝫ cor meum ab omnibus cogitationibus vt exaudi merear ante conſpectu diuine maieſtatis tue. Per xp̄m dominū

KL Ianuarius habet dies.xxxj.
Luna vreo.xxx.

| | | |
|---|---|---|
| iij | A | Circunciſio domini. |
| | b | Octaua ſancti ſtephani. |
| xi | c | Octaua ſancti iohannis euangeliſte. |
| | d | Octaua ſanctorum innocentium. |
| xix | e | Vigilia. |
| viij | f | Epyphania domini. |
| | g | Iuliani martyris. |
| xvi | A | Thimothei martyris. |
| v | b | Iudoci confeſſoris. |
| | c | Pauli primi heremite. |
| xij | d | Sol in aquario. |
| ij | e | Archadij martyris. |
| | f | Octaua epyphanie. |
| x | g | Hic incipiunt nuptie. |
| | A | Maurici abbatis. |
| xviii | b | Marcelli pape. |
| vij | c | Anthonij abbatis. |
| | d | Priſce virginis & martyris. |
| xv | e | Iuliane virginis & martyris. |
| iiij | f | Sebaſtiane martyris. |
| | g | Agnetis virginis & martyris. |
| xij | A | Vincentij martyris. |
| j | b | Emerentiane virginis. |
| | c | Thimothei archiepiſcopi. |
| ix | d | Conuerſio ſancti pauli. |
| | e | Policarpi martyris. |
| xvij | f | Iuliani epiſcopi & martyris. |
| vi | g | Agnetis martyris. |
| | A | Germani epiſcopi & confeſſoris. |
| xiiij | b | Batildis virginis & confeſſoris. |
| iij | c | Cyrici & iohannis martyrum. |

KL Februarius habet dies.xxviij.
Et quando eſt biſſextus habet.xxix
Luna vero.xxix.

| | | |
|---|---|---|
| | d | Brigide virginis & martyris. |
| xi | e | Purificatio beate marie. |
| xix | f | Blaſij epiſcopi & martyris. |
| viij | g | Gilberti confeſſoris. |
| | A | Agathe virginis & martyris |
| xvi | b | Dorothee virginis & martyris. |
| v | c | Iohannis chriſoſtomi confeſſoris. |
| | d | Dionyſij cum ſocijs martyrum. |
| xij | e | Apolonie virginis & martyris. |
| ij | f | Scolaſtice virginis & martyris. |
| | g | Sotheris pape & confeſſoris |
| x | A | Eulalie virginis & martyris. |
| | b | Fulcranni martyris & confeſſoris. |
| xviij | c | Fuſce virginis & martyris. |
| vij | d | Fauſtini & iouite confeſſoris. |
| | e | Iuliane virginis & martyris. |
| xv | f | Sancti donatij. |
| iiij | g | Sancti ſymeonis. |
| | A | Sabini preſbyteri & confeſſoris. |
| xij | b | Galli preſbyteri & confeſſoris. |
| i | c | Romani abbatis & martyris. |
| | d | Cathedra ſancti petri. |
| ix | e | Vigilia. |
| | f | Mathie apoſtoli. |
| xvii | g | Deſiderii epiſcopi & martyris. |
| vi | A | Perpetue & felicitatis martyrum. |
| | b | Maximi virginis & martyris. |
| xiiij | c | Theodore virginis & martyris. |

KL Martius habet dies.xxxi.
Luna vero.xxx.

| | | |
|---|---|---|
| iij | d | Albini confeſſoris & martyris. |

e Herculiani archiepiſcopi.
xi f Nazarij martyris & confeſſoris.
g Marthe virginis & martyris.
xix A Abdon & ſennes.
viij b Patricij epiſcopi & confeſſoris.
c Perpetue & feliciratis confeſſorum.
xvi d Stephani epiſcopi & confeſſorum.
v e Sanctorum quadraginta martyrum.
f Iuſtini preſbyteri & martyris.
xiiij g Sol in ariete.
ij A Gregorij pape & martyris.
b Donati epiſcopi & mareyris.
x c Ciriaci & ſociorum eius.
d ſancti longini martyris.
xviij e Maximiani martyris.
vij f Ioſeph confeſſoris & martyris.
g Clare virginis & martyris
xv A Hyppoliti martyris.
iiij b Anſelmi epiſcopi & confeſſoris.
c Benedicti abbatis & confeſſoris.
xij d Patricij e piſcopi & confeſſoris.
i e Iohannis heremite.
f Agapiti martyris & confeſſoris.
ix g Annunciatio beate marie virginis.
A Bernardini epiſcopi & confeſſoris.
xvij b Priuati martyris & confeſſoris.
vi c Ruperti archiepiſcopi & confeſſoris.
d Quintini martyris.
xiiij e Ludouici epiſcopi & martyris.
iij f Sabine virginis & martyris.

KL Aprilis habet dies.xxxi.
Luna vero.xxx.

g Octaua beate marie virginis.
xi A Marie egyptiace

| | | |
|---|---|---|
| | b | Pancratij confeſſoris. |
| xix | c | Ambroſij epiſcopi & confeſſoris. |
| viij | d | Vincentij martyris. |
| xvi | e | Dorothee virginis & martyris. |
| v | f | Eugenie pape & martyris. |
| | g | Audeberti martyris. |
| xiij | A | Apolonie virginis & martyris. |
| ij | b | Scolaſtice virginis. |
| | c | Sol in thauro. |
| x | d | Rufini virginis & martiris. |
| | e | Fulcranni martiris & confeſſoris. |
| xviij | f | Tiburtij virginis & martiris. |
| vij | g | Helene regine & virginis. |
| | A | Iſidorij martiris. |
| xv | b | Aniceti pape & martiris. |
| iiij | c | Firmini epiſcopi & martiris. |
| | d | Leonis pape & martiris. |
| xij | e | Iuliane virginis & martiris |
| | f | Panthaleonis martiris. |
| | g | Vitalis martyris & confeſſoris. |
| ix | A | Georgij martyris. |
| | b | Vrbani pape & martyris. |
| xvij | c | Marci euangeliſte. |
| vi | d | Cleti pape & martyris. |
| | e | Marcellini martyris. |
| xiiij | f | Ermengildi regis & confeſſoris. |
| iij | g | Cirici & iohannis confeſſorum. |
| | A | Alexandrini archiepiſcopi. |

**KL** Mayus habet dies. xxxi.
Luna vero. xxx.

| | | |
|---|---|---|
| xi | b | Philippi & iacobi apoſtolorum. |
| | c | Aquilliani martyris. |
| xix | d | Inuentio ſancte crucis. |
| viij | e | Floriani epiſcopi & martyris. |

| | | |
|---|---|---|
| | f | Gothardi epiſcopi & martyris. |
| xvi | g | Iohannis ante portam latinam. |
| v | A | Cleti pape & martyris. |
| | b | Apparitio ſancti michaelis. |
| xiij | c | Pauli primi heremite. |
| ij | d | Sigiſmundi regis. |
| | e | Gordiani & epimachi martyrum. |
| x | f | Nerei & archilai martyrum. |
| | g | Maurici abbatis & martyris. |
| xviij | A | Theodore virginis & martyris. |
| vij | b | Bonifacij pape & martyris. |
| | c | Vbaldi epiſcopi & confeſſoris. |
| xv | d | Germani epiſcopi & martyris. |
| vi | e | Petronille virginis & martyris. |
| | f | Potentiane virginis & martyris. |
| xij | g | Bernardini abbatis & confeſſoris. |
| ii | A | Geruaſij & prothaſij martyrum. |
| | b | Helene regine & virginis. |
| x | c | Deſiderij archiepiſcopi martyrum. |
| | d | Pancratij martyris. |
| xiiij | e | Tranſlatio ſancti franciſci. |
| vi | f | Eleutherij confeſſoris. |
| | g | Iohannis pape & martyris. |
| xiiij | A | Iohannis & pauli martyrum. |
| iij | b | Nazarij Celſi Victoris martyrum. |
| | c | Felicis & audacti martyrũ. |
| ix | d | Gilberti confeſſoris. |
| KL | | Iunius habet dies.xxx. |
| | | Luna vero.xxix. |
| | e | Auguſtini epiſcopi & doctoris: |
| xix | f | Ambroſij epiſcopi & confeſſoris. |
| viij | g | Richardi confeſſoris. |
| xvi | A | Dorothee virginis. |
| v | b | Eufemie virginis & martyris. |

c Marie egyptiace virginis..
xiij d Apolonie virginis & martyris.
ij e Sancte ſcoloſtice virginis.
f Benedicti abbatis & confeſſoris.
x g Margarete virginis & martyris.
A Barnabe apoſtoli
xviij b Baſilidis martyris
vij c Anthoni confeſſoris.
d Praxedis martyris.
xvi e Viti & modeſti martyrum.
v f Fereolus martyris
g Sancti auiti martyris.
xij A Symphoroſe virginis.
i b Alexi confeſſoris.
c Eufemie virginis.
ix d Tranſlatio ſancti franciſci.
e Paulini epiſcopi & martyris.
xvij f Vigilia.
vi g Natiuitas iohannis baptiſte.
A Eligi epiſcopi & confeſſoris.
xiiij b Iohannis & pauli martyrum.
iiij c Nazarij. Celſi. Victoris martyrum.
d Vigilia.
xi e Petri & pauli apoſtolorum.
f Anacleti pape & martyris.

KL Iulius habet dies. xxxi.
Luna vero. xxx.

xix g Octaua ſancti iohannis baptiſte.
viii A Viſitatio beate marie virginis.
b Criſtine virginis & martyris.
xvi c Tranſlatio ſancti martini.
v d Dominici martyris.
e Octaua ſancti petri apoſtoli.
xiij f Patermij confeſſoris.

| | | |
|---|---|---|
| ij | g | Victorem ſeptem coronatorum. |
| | A | Coſme & damiani martyrum |
| x | b | Rufini virginis & confeſſoris. |
| | c | Tranſlatio ſancti benedicti |
| xviij | d | Felicis & naboris virginum. |
| vij | e | Aniceti pape & martyris. |
| | f | Sol in leone. |
| xv | g | Quiriaci & iulite martyrum. |
| iiij | A | Sancti euſtachij martyris. |
| | b | Sancte marine virginis. |
| xij | c | Symphoroſe virginis. |
| j | d | Sancti arſenij heremite. |
| | e | Petri martyris ordinis predicatorum. |
| ix | f | Victoris martyris. |
| | g | Marie magdalene. |
| xvij | A | Apolinaris martyris. |
| vi | b | Vigilia. |
| | c | Iacobi apoſtoli. |
| xiiij | d | Anne matris marie. |
| iij | e | Panthaleonis martyris. |
| | f | Nazarij epiſcopi. |
| xi | g | Marthe virginis. |
| | A | Abdon & ſennes. |
| xix | b | Fauſtini martyris. |
| | KL | Auguſtus habet dies.xxxi. |
| | | Luna vero.xxx. |
| viij | c | Petri apoſtoli ad vincula. |
| xvi | d | Stephani pape & martyris. |
| v | e | Inuentio ſancti ſtephani. |
| | f | Iuſtini preſbyteri martyris. |
| ix | g | Marie ad niues. |
| ij | A | Tranſfiguratio domini. |
| | b | Donati epiſcopi & martyris. |
| x | c | Sixti & feliciſſimi. |

| | | |
|---|---|---|
| | d | Vigilia. |
| xviij | e | Laurentij martyris. |
| vij | f | Tyburtij & ſuſanne martyrum. |
| | g | Clare virginis & martyris. |
| xv | A | ypoliti martyris. |
| iiij | b | Vigilia. |
| | c | Aſſumprio beate marie virginis. |
| xij | d | Rochi confeſſoris. |
| i | e | Octaua ſancti laurentij. |
| | f | Agapiti martyris. |
| ix | g | Ludouici epiſcopi & confeſſoris. |
| | A | Bernardi abbatis & confeſſoris. |
| xvij | b | Priuati virginis & martyris. |
| vi | c | Octaua beate marie virginis. |
| | d | Vigilia. |
| xiiij | e | Bartholomei apoſtoli. |
| iij | f | Ludouici regis francie. |
| | g | Seuerini pape & martyris. |
| xi | A | Lini pape & martyris. |
| | b | Auguſtini epiſcopi & confeſſoris. |
| xix | c | Decolatio iohannis baptiſte. |
| viij | d | Felicis & audacti martyrum. |
| | e | Mauricij cum ſocijs ſuis. |
| KL | | September habet dies.xxx. |
| | | Luna vero.xxix. |
| xvi | f | Egidij abbatis & confeſſoris. |
| v | g | Anthonij martyris. |
| | A | Donati epiſcopi & martyris. |
| xiij | b | Moyſi confeſſoris. |
| ij | c | Timothei & ypoliti martyrum. |
| | d | Eugenij epiſcopi & martyris. |
| x | e | Valeriani epiſcopi & martyris. |
| | f | Natiuitas beate marie virginis. |
| xviij | g | Gorgonij epiſcopi & martyris. |

| | | |
|---|---|---|
| vij | A | Salui epiſcopi & confeſſoris. |
| | b | Porthi & iacincti martyrum. |
| xv | c | Maximiani martyris. |
| iiij | d | Maurilij abbatis & confeſſoris. |
| | e | Exaltatio ſancte crucis. |
| xij | f | Nicomedis martyris. |
| i | g | Euſemie virginis & martyris. |
| | A | Lamberti epiſcopi & martyris. |
| xi | b | Victoris pape & martyris. |
| | c | zacharie prophete virginis. |
| xvij | d | Vigilia. |
| vi | e | Mathei apoſtoli. |
| | f | Maurici cum ſocijs ſuis. |
| xiiij | g | Lini pape & martyris. |
| iij | A | Andochi martyris. |
| | b | Firmini epiſcopi & martyris. |
| xi | c | Cypriani confeſſoris. |
| | d | Coſme & damiani. |
| xix | e | Octaua mathei apoſtoli. |
| viij | f | Michaelis archangeli. |
| | g | Hieronymi doctoris. |

KL October habet dies.xxxi.
Luna vero.xxx.

| | | |
|---|---|---|
| xvi | A | Remigi archiepiſcopi & confeſſoris. |
| v | b | Leodegari martyris. |
| xiij | c | Aurea virginis. |
| ij | d | Franciſci confeſſoris. |
| | e | Chriſtine virginis & martyris. |
| x | f | Fides virginis. |
| | g | Marci pape & martyris. |
| xviij | A | Primi & feliciani martyrum. |
| vij | b | Dionyſij cum ſocijs martyrum. |
| | c | Huberty martyris. |
| xv | d | Nichaſij martyris. |

iiij e Iuſtine virginis & martyris.
f Giraldi confeſſoris.
xij g Calixti pape & martyris.
i A Leonardi pape & martyris.
b Luciani martyris.
ix c Sancti cerbonij
d Luce euangeliſte.
xvij e Saturini confeſſoris.
vi f Capraſij martyris.
g Vndecim millia virginum.
xiij A Melloni archiepiſcopi.
iij b Seuerini epiſcopi & confeſſoris.
c Maglorij confeſſoris.
xi d Criſpini & criſpiniani.
e Euariſti pape & martyris
xix f Vigilia.
viij g Symonis & iude apoſtolorum.
A Commemoratio ſancti lamberti.
xix b Romani archiepiſcopi.
v c Vigilia.

Nouember habet dies.xxx.
Luna vero.xxix.

d Feſtum omnium ſanctorum.
xiij e Commemoratio defunctorum.
ij f Marcellini epiſcopi & confeſſoris.
g Vitalis & agricole martyrum.
x A zacharie prophete.
b Leonardi confeſſoris.
xviii c Proſdoxomi archiepiſcopi.
vii d Quatuor coronatorum.
e Theodori pape & martyris.
xv f Trifon cum ſeptem ſociorum.
iiii g Martini epiſcopi & confeſſoris.
A Martini pape & martyris.

| | | |
|---|---|---|
| xij | b | Bricij epiſcopi & confeſſoris. |
| i | c | Cirici epiſcopi. |
| | d | Iohannis epiſcopi. |
| ix | e | Eucherii epiſcopi & confeſſoris. |
| | f | Gregorii pape & martyris. |
| bvii | g | Dedicatio ſancti petri. |
| vi | A | Elizabeth matris iohannis bapti. |
| | b | Stephani confeſſoris. |
| xiiij | c | Preſentatio virginis marie. |
| iij | d | Cecilie virginis & martyris |
| | e | Clementis pape & martyris. |
| xi | f | Griſogoni martyris. |
| xix | g | Katherine virginis & martyris. |
| | A | Genouefe virginis. |
| viij | b | Agricole & vitalis martyrum. |
| | c | Proſperi epiſcopi & martyris. |
| xvi | d | Vigilia. |
| v | e | Andree apoſtoli. |
| KL | | December habet dies.xxxi. Luna vero.xxx. |
| | f | Eligi epiſcopi & confeſſoris. |
| xiij | g | Bibiane virginis. |
| ij | A | Sancti edmundi |
| x | b | Barbare virginis & martyris |
| | c | Sabbe virginis & martyris. |
| xviij | d | Nicolai epiſcopi & confeſſoris. |
| vij | e | Ambroſij epiſcopi. |
| | f | Conceptio beate marie virginis. |
| xv | g | Cypriani martyris. |
| iiij | A | Maurili confeſſoris. |
| | b | Gorgonij martyris. |
| xij | c | Sol in capricorno. |
| i | d | Lucie virginis & martyris. |
| | e | Lamberti pape. |

| | | |
|---|---|---|
| ix | f | Victoris martyris. |
| | g | O ſapientia. |
| xvij | A | Lazarij epiſcopi. |
| vi | b | Graciani epiſcopi. |
| | c | |
| xiij | d | Vigilia. |
| iij | e | Thome apoſtoli. |
| | f | Firmini epiſcopi. |
| xi | g | Cypriani martyris. |
| | A | Vigilia. |
| xix | b | Natiuitas domini. |
| viij | c | Stephani martyris. |
| | d | Iohannis euangeliſte. |
| xvi | e | Sanctorum innocentium. |
| v | f | Thome archiepiſcopi. |
| | g | Vrſini pape. |
| xiij | A | Silueſtri pape & martyris. |

Initium ſancti euangelij ſecundum Iohannem. Gloria tibi domine.



INprincipio erat verbū:& verbum erat apud
deum/& deus erat verbum. Hoc erat in prin
cipio apud deum. Om̄ia per ipſum facta ſunt:
& ſine ipſo factum eſt nichil. Quod factum eſt
in ipſo vita erat:& vita erat lux hominū & lux
in tenebris lucet & tenebre eam non compre=
henderunt. Fuit homo miſſus a deo cui nomē
erat iohannes. Hic venit in teſtimonium vt te=

ſtimonium phiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat & mundus pre ipſum factus eſt: & mundus eum non cognouit In propria venit; & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis poteſtatem filios dei fieri: his qui credunt in noīe eius. Qui non ex ſanguinibus neq; ex volūtate carnis neq; ex voluntate viri: ſed ex deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt: & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius gloriā quaſi vnigeniti a patre plenu gratie & veritatis. Deo gratias. ān. Te inuocamus: te adoramus: te laudamus: te glorificamus: o beata trinitas. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vſq; in ſeculum. Oratio.

Protector in te ſperātium deus ſine quo nichil eſt validum nichil ſanctum multiplica ſuper nos miſericordiam tuam vt te rectore te duce ſic tranſeamus per bona tēporalia vt non amittamus eterna. Per chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam. Gloria tibi domine.



In illo tēpore. Miſſus eſt gabriel angelus a deo in ciuitatem galilee: cui nomen nazareth, ad virginem deſponſatam viro cui nomē erat ioſeph de domo dauid: & nomē virginis maria. Et ingreſſus angelus ad eā

dixit. Aue gratia plena dominus tecum: bene=
dicta tu in mulieribus. Que cũ audiſſet turbata
eſt in ſermone eiꝰ: & cogitabat qualis eſſet iſta
ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria:
inueniſti enim gratiam apud dominum. Ecce
concipies in vtero & paries filium: & vocabis
nomen eius ieſum. Hic erit magnus & filius al=
tiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominꝰ deus ſe=
dem dauid patris eius: & regnabit in domo ia=
cob ineternum/& regni eius non erit finis. Di=
xit autem maria ad angelum. Quomodo fiet
iſtud: quoniam virũ non cognoſco? Et reſpon
dens angelus dixit ei. Spiritusſanctus ſuperue=
niet in te: & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.
Ideoqꝫ & quod naſcetur ex te ſanctum vocabi
tur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: &
ipſa cõcepit filium in ſenectute ſua. Et hic mẽ=
ſis eſt ſextus illi que vocatur ſterilis: quia non
erit impoſſibile apud deum omne verbum. Di
xit autem maria. Ecce ancilla domini: fiat mi=
chi ſecundum verbum tuum. Deo gratias.

Sequentia ſancti euangelij ſecun=
dum Matheũ. Gloria tibi domine.



IN illo tempore. Cum
natus eſſet ieſus in be
thleem iude in diebꝰ he
rodis regis: ecce magi
ab oriente venerũt hie=
roſolymã dicentes. Vbi
eſt qui natus eſt rex iu=
deorum. Vidimus enim
ſtellam eius in oriẽte: &
venimus cũ muneribus
adorare eum. Audiens

autem herodes rex turbatus eſt: & omnis hieroſolyma cum illo. Et congregans omnes principes ſacerdotum: & ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis: vbi chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei. In bethleem iude. Sic enim ſcriptum eſt per prophetam. Et tu bethleem terra iuda nequaq̄ minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meū iſrael. Tunc herodes rex clam vocatis magis diligenter: didicit ab eis tempus ſtelle que apparuit eis Et mittens eos in bethleem dixit. Ite & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis renunciate michi: vt & ego veniēs adorem eum. Qui cū audiſſēt regem abierunt. Et ecce ſtella quam viderant in oriente antecedebat eos: vſq; dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Videntes autem ſtellam magi gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domum: inuenerūt puerum cum maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera / aurum / tuus / & myrrhā. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad herodem: per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Deo gratias.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum. Gloria tibi domine.



In illo tēpore. Recūbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis ieſus. Et exprobrauit incredulitatem illorum & duriciā cordis: quia his qui viderant eū reſurrexiſſe a mortuis non crediderant. Et dixit eis. Euntes in mundū vniuerſum predicate euangelium omni creature. Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluꝰ erit. Qui vero non crediderit condemnabitur. Signa aūt eos qui crediderint hec ſequētur. In noīe meo demonia eijciēt: linguis loquētur nouis ſerpentes tollēt. Et ſi mortiferū quid biberint nō eis nocebit. Sup̄ egros manus imponēt: & bene habebūt. Et dn̄s quidē ieſus poſtq̄ locutus eſt eis aſſumptus eſt in celū: & ſedet a dextris dei. Illi aūt ꝑfecti predicauerunt vbiqꝫ dn̄o cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Deo gratias. Per euangelica dicta deleantur noſtra delicta. Amen.

Paſſio domini noſtri ieſu chriſti ſecundum Iohannem.

Quencunqꝫ oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum: & ducite eum caute. Math.xiiij.



EGreſſus eſt dominus ieſus cum diſcipulis ſuis trans torrentē cedron vbi erat hortus: in quem introiuit ipſe & diſcipul i eius. Sciebat autem & iudas qui tradebat eum locum: quia frequēter ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Iudas ergo cum accepiſſet cohortem a pōtificibus & phariſeis miniſtros venit illuc cum laternis facib⁹ & armis. Ieſus itaqꝫ ſciens omnia que ventura erant ſuper eum proceſſit & dixit eis. Quem queritis? Reſponderūt ei. Ieſum nazarenum. Dixit eis ieſus. Ego ſum. Stabat autē & iudas qui tradebat eum cum ipſis. Vt ergo dixit eis ego ſum: abierunt retrorſum & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos.

Quem queritis? Illi autem dixerunt. Ieſum na=
zarenum? Reſpõdit ieſus. Dixi vobis quia ego
ſum. Si ergo me q̃ritis: ſinite hos abire. Vt im=
pleretur ſermo quẽ dixit quia quos dediſti mi=
chi non perdidi ex eis queq̃. Symon ergo pe=
trus habens gladiũ eduxit eum & percuſſit põ
tificis ſeruum & abſcidit auriculam eius dextrã
Erat autem nomen ſeruo malchus. Dixit ergo
ieſus petro. Mitte gladium tuum in vaginam.
Calicem quem dedit michi pater: non vis vt bi
bam illum. Cohors ergo & tribunus & miniſtri
iudeorum comprehenderunt ieſum & ligaue=
runt eũ, & adduxerunt eum ad annam primũ.
Erat enim ſocer cayphe qui erat põtifex anni
illius. Erat autem cayphas qui conſilium dede
rat iudeis: quia expedit vnum hominem mori
pro populo. Sequebatur autẽ ieſum ſymon pe=
trus & alius diſcipulus. Diſcipulus autẽ ille erat
notus põtifici. Et introiuit cum ieſu in atrium
pontificis. Petrus autem ſtabat ad hoſtium fo=
ris. Exiuit ergo diſcipulus alius qui erat notus
pontifici: & dixit hoſtiarie & introduxit petrũ.
Dixit ergo petro ancilla hoſtiaria. Nunquid &
tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dixit ille. Nõ
ſum. Stabat autem ſerui & miniſtri ad prunas:
quia frigus erat & calefaciebant ſe. Erat autem
cum eis petrus ſtans & calefaciens ſe. Pontifex
ergo interrogauit ieſum de diſcipulis ſuis & de
doctrina eius. Reſpondens ieſus dixit Ego pa
lam locutus ſum mundo. Ego ſemper docui in
ſynagoga & in templo quo omnes iudei cõue=
niũt: & in occulto locutus ſum nichil. Quid me
interrogas? Interroga eos qui audierunt quid
locutus ſum ipſis. Ecce hi ſciunt que dixerim

ego. Hec autem cum dixiſſet vnus aſſiſtens mi
niſtrorum dedit alapam ieſu dicens. Sic reſpon
des pontifici? Reſpondit ieſus. Si male locutus
ſum: teſtimonium perhibe de malo. Si autem
bene: quid me cedis. Et miſit eum annas liga-
tum ad caypham pontificem. Erat aũt ſymon
petrus ſtans & calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei.
Nũquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille
& dixit. Non ſum. Dixit ei vnus ex ſeruispon-
tificis. Cognatus eius cuius abſcidit petrus au-
riculam. Nonne ego te vidi in horto cum illo.
Iterũ negauit petrus & ſtatim gallus cantauit.
Adducunt ergo ieſum a caypha in pretorium.
Erat autẽ mane & ipſi non introierunt in pre-
torium vt non contaminarentur: ſed manduca
rent paſcha. Exiuit ergo pylatus ad eos foras:
& dixit eis. Quam accuſationem affertis aduer
ſus hominẽ hunc? Reſponderunt & dixerunt.
Si non eſſet hic malefactor: non tibi tradidiſſe
mus eum. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis non li
cet interficere quẽq̃. Vt ſermo ieſu impleretur
quem dixit ſignificans qua morte eſſet moritu
rus. Introiuit ergo iterum in pretorium pylat⁹
& vocauit ieſum & dixit. Tu es rex iudeorum.
Reſpondit ieſus. A temetipſo hoc dicis: an alij
tibi dixerunt de me. Reſpondit pylatus. Nun-
quid ego iudeus ſum. Gẽs tua & pontifices tui
tradiderunt te michi. Quid feciſti? Reſpondit
ieſus. Regnum meum non eſt de hoc mundo: ſi
ex hoc mũdo eſſet regnum meum miniſtri mei
vtiq; decertarent vt non traderer iudeis. Nũc
autem regnum meum non eſt hinc. Dixit itaq;
ei pylatus. Ergo rex es tu? Reſpõdit ieſus. Tu
dicis quia rex ſum ego. Ego in hoc nat⁹ ſum:

& ad hoc veni in mundum/vt teſtimoniū per=
hibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate au=
dit vocem meam. Dixit ei pylatus. Quid eſt ve
ritas? Et cum hoc dixiſſet iterum exiuit ad iu=
deos & dixit eis. Ego nullā inuenio in eo cau=
ſam. Eſt autem conſuetudo vobis: vt vnum di=
mittam vobis regem iudeorum? Clamauerunt
rurſum omnes dicentes. Nō hunc ſed barrabā.
Erat autem barrabas latro. Tunc ergo appre=
hendit pylatus ieſum & flagellauit. Et milites
plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt ca=
piti eius & veſte purpurea circundederūt eum
& veniebant ad eū & dicebant. Aue rex iudeo
rum? Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pyla
tus foras: & dixit eis. Ecce adduco vobis eum
foras: vt cognoſcatis quia in eo nullam cauſam
inuenio. Exiuit ergo ieſus portans coronā ſpi
neam & purpureum veſtimentum & dixit eis.
Ecce homo. Cum ergo vidiſſet eum pōtifices
& miniſtri clamabant dicentes. Crucifige cruci
fige eum. Dixit eis pylatus. Accipite eum vos
& crucifigite. Ego enim nō inuenio in eo cau=
ſam. Reſponderunt ei. Nos legem habemus: &
ſecundum legem debet mori/quia filium dei ſe
fecit. Cum ergo audiſſet hūc ſermonem magis
timuit. Et ingreſſus eſt pretorium iterum: & di
xit ad ieſum. Vnde es tu? Ieſus autē reſponſum
non dedit ei. Dixit ergo ei pylatus. Michi non
loqueris? Neſcis quia poteſtatem habeo cruci=
figere te: & poteſtatem habeo dimittere te. Re
ſpondit ieſus. Non haberes poteſtatem aduer=
ſum me vllam: niſi tibi datum eſſet deſup. Pro=
pterea qui tradidit me tibi maius peccatum ha
bet. Et exinde querebat pylatus dimittere eū.

Iudei autem clamabant dicentes. Si hūc dimittis non es amicus ceſaris. Omnis enim qui ſe regem facit: contradicit ceſari. Pilatus autem cū audiſſet hos ſermones adduxit ieſum foras & ſedit pro tribunali in loco qui dicitur licoſtratos: hebraice autem gabatha. Erat autem paraſceue paſche hora quaſi ſexta. Et dixit iudeis. Ecce rex veſter. Illi autem clamabant. Tolle tolle crucifige eum. Dixit eis pilatus. Regē veſtrum crucifigam? Reſpōderunt pōtifices. Nō habemus regem niſi ceſarem. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Suſceperunt autem ieſum & eduxerunt eū: & baiulans ſibi crucem exiuit in eum qui dicitur caluarie locū hebraice autem golgota vbi eum crucifixerunt. Et cum eo alios duos hinc & hinc medium autem ieſum. Scripſit autem & titulum pilatus: & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum. Ieſus nazarenus rex iudeorum. Hunc ergo titulū multi legerūt iudeorum: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt ieſus. Erat autem ſcriptum hebraice/grece & latine. Dicebāt ergo pilato pontifices iudeorū. Noli ſcribere rex iudeorum: ſed quia ipſe dixit rex ſum iudeorū Reſpōdit pilatus. Quod ſcripſi ſcripſi. Milires ergo cū crucifixiſſent eum: acceperunt veſtimēta eius/& fecerunt quatuor partes vnicuiqꝫ militi partē & tunicam. Erat aūt tunica inconſutilis deſuper cōtexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicē. Non ſcindamꝰ eam: ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt ſcriptura impleret̃ dicens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi & ſup veſtem meā miſerunt ſortem. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem ieſu mater

eius & ſoror matris eiꝰ maria cleophe & maria
magdalene. Cum vidiſſet ergo ieſus matrem &
diſcipulum ſtantē quem diligebat dixit matri
ſue. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit diſci=
pulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit
eam diſcipulꝰ in ſuam. Poſtea ſciens ieſus quia
iam omnia conſummata ſunt: vt conſummaret̃
ſcriptura dixit. Sitio. Vas ergo poſitum erat
aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenā ace=
to hyſopo circumponentes obtulerunt ori eiꝰ.
Cum ergo accepiſſet ieſus acetum dixit. Con=
ſummatum eſt: & inclinato capite tradidit ſpiri
tum. Iudei ergo quoniam paraſceue erat vt
non remanerent in cruce corpora ſabbato erat
enim magnus dies ille ſabbati rogauerunt py=
latum vt frangerentur eorum crura & tolleren
tur. Venerunt ergo milites & primi quidem fre
gerunt eius crura: & alterius qui crucifixus eſt
cum eo. Ad ieſum autem cum veniſſent vt vi=
derunt eum iam mortuum non fregerunt eius
crura: ſed vnus militum lancea latus eius ape=
ruit. Et cōtinuo exiuit ſanguis & aqua. Et qui
vidit teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſti
monium eius. Et ille ſcit quia vera dicit: vt &
vos credatis. Facta ſunt enim hec vt ſcriptura
impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et ite
rum alia ſcriptura dicit. Videbunt in quē tranſ=
fixerunt. Poſt hec autem rogauit pylatum io=
ſeph ab arimathia eo ꝙ eſſet diſcipulus ieſu oc
cultus autem propter metum iudeorum / vt tol
leret corpus ieſu. Et permiſit pylatus. Venit
ergo & tulit corpus ieſu. Venit autem & nico=
demus qui venerat ad ieſum nocte primum fe=
rens myxturā myrrhe & aloes quaſi libras cen=

tum. Acceperunt ergo corpus ieſu & ligauerũt eum lyntheis cum aromatibus ſicut mos eſt iudeis ſepelire. Erat autem in loco vbi crucifix9 eſt hortus: & in horto monumentum nouum in quo nondum quiſq̃ poſitus fuerat. Ibi ergo propter paraſceuem iudeorum: quia iuxta erat monumentum poſuerunt ieſum. Deo gratias. ℣. Qui paſſus es pro nobis. ℟. Domine miſerere nobis. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Deus qui manus tuas: & pedes tuos: & totum corpus tuum: pro nobis peccatorib9 in ligno crucis poſuiſti & coronam a iudeis in deſpectu tui ſacratiſſimi nominis ſuper caput tuum inpoſitam ſuſtinuiſti: & quinq; vulnera pro nobis peccatoribus in ligno crucis paſſus fuiſti: da nobis hodie & quotidie vſum penitẽtie abſtinentie: patientie: humilitatis: caſtitatis: lumen: ſenſum: & intellectum: & puram conſcientiam vſq; in finem. Per te ieſu chriſte ſaluator mũdi. Qui cum deo patre & ſpiritu ſancto viuis & regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Deuota contemplatio beate Marie virginis iuxta crucem filij ſui lachrymãtis: & ad compaſſionem ſaluatoris ſingulos inuitantis.

Stabat mater doloroſa: iuxta crucem lachrymoſa, dum pendebat filius. Cuius animam gementem contriſtantem & dolentem pertrãſiuit gladius. O q̃ triſtis & afflicta: fuit illa benedicta mater vnigeniti. Que merebat & dolebat & tremebat cum videbat nati penas inclyte. Quis eſt homo qui nõ fleret: chriſti matrem

ſi videret in tanto ſupplicio. Quis poſſet non contriſtari: piam matrem contemplari / dolentem cum filio. Pro peccatis ſue gentis vidit ieſum in tormentis: & flagellis ſubditum. Vidit ſuum dulcem natum: morientem deſolatum / dum emiſit ſpiritum. Eya mater fons amoris: me ſentire vim doloris / fac vt tecum lugeam. Fac vt ardeat cor meum in amando chriſtum deum: vt ſibi complaceam. Sancta mater iſtud agas: crucifixi fige plagas cordi meo valide. Tui nati vulnerati: iam dignantis pro me pati vim amoris imprime. Fac me vere tecum flere: crucifixo condolore / donec ego vixero. Iuxta crucem tecum ſtare: te libenter ſociare in planctu deſidero. Virgo virginum preclara: michi iam non ſis amara fac me vere tecum plãgere. Fac vt portem chriſti mortem: paſſionis eius ſortem & plagas recolere. Fac me plagis vulnerari: cruce hac inebriari: ob amorem filij. Inflãmatus & accenſus: per te virgo ſim defenſus / in die iudicij. Fac me cruce cuſtodiri: morte chriſti premuneri confoueri gratia. Quando corpꝰ morietur: fac vt anime donetur paradiſi gloria. Amen. ℣. Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit. ℟. Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Oremus.

INterteniat pro nobis queſumus domine ieſu chriſte nunc & in hora mortis noſtre apud tuam clementiam: beata virgo maria mater tua cuius ſacratiſſimam animam in hora tue paſſionis doloris gladius pertranſiuit. Per te ieſu chriſte ſaluator mundi: qui in trinitate perfecta viuit & regnat in vnitate ſpirituſſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Salutatio ad beatam vir-
ginem mariam.

AVe regina celorum. Aue domina angelo-
rum. Salue radix ſancta: ex qua mundo
lux eſt orta. Gaude glorioſa; ſuper omnes ſpe-
cioſa. Vale valde decora: & pro nobis ſemper
chriſtum exora.

Specialis ſalutatio ad beatam
virginem mariam.

AVe ancilla trinitatis. Aue filia ſempiterni
patris. Aue ſponſa ſpiritusſancti. Aue ma
ter domini noſtri ieſu chriſti. Aue ſoror ange-
lorum. Aue promiſſo prophetarum. Aue re-
gina patriarcharum. Aue doctrix apoſtolorū.
Aue confortatrix martyrum. Aue fons & ple-
nitudo confeſſorum. Aue decus viduarū. Aue
corona virginum, ſanctorum ſanctarumq; om-
nium mecum ſis omnibus tribulationibus meis
Amen.

Incipiunt hore beate marie virginis
ſecundum vſum Romanum.



Faciamus hominem ad ymaginem
& ſimilitudinem noſtram.



DOmine labia mea aperies. Et os meum annunciabit laudem tuam. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio & nũc & ſemper: & in ſecula ſeculorũ amẽ. Allã. Et dicit a paſcha vſqꝫ ad ſeptuageſimã: & a lxx. vſqꝫ ad pa=

ſcha dicitur. Laus tibi domine rex eterne glo-
rie. Inuitatorium. Aue maria gratia plena do-
minus tecum. Aue maria. Pſalmus.

Venite exultemus domi̅o iubilemus deo ſalutari noſtro: preoccupemus faciem eius in confeſſione / & in pſalmis iubilemus ei. Aue maria gratia plena dominus tecum.

Quoniam deus magnus dominus & rex magnus ſuper omnes deos: quoniam non repellet dominus plebem ſuam / quia in manu eius ſunt omnes fines terre: & altitudines montium ipſe conſpicit. Dominus tecum.

Quoniam ipſius eſt mare & ipſe fecit illud & aridam fundauerunt manus eius: venite adoremus & procidamus ante deu̅ ploremus coram domino qui fecit nos / quia ipſe eſt dominus deus noſter: nos autem populus eius & oues paſcue eius. Aue maria grana plena dn̄s tecu̅.

Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra: ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto vbi tentauerunt me patres veſtri / probauerunt & viderunt opera mea. Dominus tecum.

Quadraginta annis ꝓximus fui generationi huic & dixi ſemp̱ hi erra̅t corde; ipſi vero non cognoueru̅t vias meas quibꝰ iuraui in ira mea / ſi introibunt in requiem meam. Aue maria.

Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſcl'a ſeculoru̅ amen. Dn̄s tecu̅. Aue ma. Hyꝰ.

Quem terra ponthus ethera colunt adorant predicant: trinam regentem machinam clauſtum marie baiulat.

Cui luna ſol & omnia deſeruiunt per te̅pora:

perfuſa celi gratia / geſtant puelle viſcera.

Beata mater munere : cuius ſupernus artifex mundum pugillo continens / ventris ſub archa clauſus eſt.

Beata celi nuncio: fecunda ſancto ſpiritu deſideratus gentibus / cuius per aluum fuſus eſt.

Gloria tibi domine / qui nat⁹ es de virgine cū patre & ſancto ſpū in ſempiterna ſecula. Amē.

Iſte pſalmus & aliȷ duo ſequentes cum ſuis antiphonis dicuntur diebus dominicis : lune & iouis. ān. Benedicta tu. Pſalmus.

DOmine dominus noſter: q̄ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

Qm eleuata eſt magnificētia tua: ſuper celos.

Ex ore infantiū & lactentium perfeciſti laudem: propter inimicos tuos vt deſtruas inimicum & vltorem.

Quoniam videbo celos tuos opera digitorū tuorum: lunam & ſtellas que tu fundaſti.

Quid eſt homo q̄ memor es eius: aut fili⁹ hominis quoniam viſitas eum.

Minuiſti eum paulominus ab angelis gloria & honore coronaſti eum: & cōſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius oues & boues vniuerſas: inſuper & pecora campi.

Volucres celi & piſces maris: qui perambulāt ſemitas maris.

Domine dominus noſter : q̄ admirabile eſt nomen tuum: in vniuerſa terra.

Gloria patri. ān. Benedicta tu in mulierib⁹ & bñdictus fructus ventris tui. ān. Sicut myrrha. ps.

CEli enarrant gloriam dei: & opera manuū eius annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum : & nox nocti indicat ſcientiam.

Non ſunt loquele neq; ſermones:quorũ non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiuit ſonus eorum : & in fines orbis terre verba eorum.

In ſole poſuit tabernaculũ ſuum:& ipſe tanq̃ ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Exultauit vt gygas ad currendam viam : a ſummo celo egreſſio eius.

Et occurſus eius vſq; ad ſummum eiꝰ:nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.

Lex dñi immaculata cõuertens aĩas teſtimonium dñi fidele: ſapientiam preſtans paruulis.

Iuſticie dñi recte letificãtes corda : preceptũ domini lucidum illuminans oculos.

Timor domini ſanctus permane in ſcl̄m ſcl̄i: iudicia domini vera iuſtificata in ſemetipſa.

Deſiderabilia ſuper aurem & lapidẽ precioſum multum:& dulciora ſuper mel & fauum.

Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea:in cuſtodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me:& ab alienis parce ſeruo tuo.

Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero:& emundabor a delicto maximo.

Et erunt vt complaceant eloquia oris mei:& meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper

Domine adiutor meus:& redemptor meus.

Gloria patri & filio:& ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio & nunc & ſemper : & in ſecula ſeculo. Amen. ãn. Sicut myrha electa odorem dediſti ſuauitatis ſancta dei genitrix. ãn. Ante thorum. Pſalmus.

DOmini eſt terra & plenitudo eius orbis terrarum: & vniuerſi qui habitant in eo. Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: & ſuper flumina preparauit eum.

Quis aſcendet in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius.

Innocens manibus & mundo corde qui non accepit in vano animam ſuam: nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem a domino: & miſericordiam a deo ſalutari ſuo.

Hec eſt generatio querentium eum: querentium faciem dei iacob.

Attollite portas principes veſtras & eleuamini porte eternales: & introibit rex glorie.

Quis eſt iſte rex glorie dominus fortis & potens: dominus potens in prelio.

Attollite portas principes veſtras: & eleuamini porte eternales & introibit rex glorie.

Quis eſt iſte rex glorie: dominus virtutum ipſe eſt rex glorie.

Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen. aña. Ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dragmatis. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternum. Pater noſtre. Et ne nos. Benedictio [ ] precibus & meritis. &c. vt ſequitur poſt.

Iſte pſalmus & alij duo ſequentes cum ſuis antiphonis dicuntur diebus martis, & veneris. ān. Specie tua. Pſalmus.

ERuctauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus ſcribe: velociter ſcribẽtis. Specioſus forma pre filijs hominum diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.

Specie tua & pulchritudine tua: intende ꝓſpere procede & regna.

Propter veritatem & manſuetudinem & iuſticiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagitte tue acute populi ſub te cadent: in corda inimicorum regis.

Sedes tua deus in ſeculum ſeculi: virga directionis virga regni tui.

Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre conſortibus tuis.

Myrrha & gutta & caſia a veſtimentis tuis a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filie regum in honore tuo.

Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato: circundata varietate.

Audi filia & vide & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populũ tuum & domum patris tui.

Et concupiſcet rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt dominus deus tuus & adorabunt eum.

Et filie tyri in muneribus vultum tuum: deprecabuntur omnes diuites plebis.

Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbris aureis: circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines poſt eam: proxime eius afferentur tibi.

Afferentur in leticia & exultatione: adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: cõſtitues eos principes ſuper omnem terram.

Memores erunt nominis tui domine: in omni generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in eternum: & in ſeculum ſeculi.

Gloria patri. ãn. Specie tua & pulchritudine tua: intende proſpere procede & regna. aña. Adiuuabit eam. Pſalmus.

Deus noſter refugium & virtus adiutor in tribulationibus que inuenerũt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & tranſferentur montes in cor maris.

Sonuerunt & turbate ſunt aque eorum conturbati ſunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.

Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.

Conturbate ſunt gentes & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam mota eſt terra.

Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter deus iacob.

Venite & videte opera domini q̃ poſuit ꝓdigia ſuper terrã: auferens bella vſq; ad finẽ terre.

Arcum conteret & confringet arma: & ſcuta comburet igni.

Vacate & videte quoniam ego ſum deus exaltabor in gentibus: & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter deus iacob.

Gloria patri. ãn. Adiuuabit eam deus vultu ſuo: deus in medio eius non commouebitur. ãn. Sicut letantium. Pſalmus.

Vndamenta eius in mōtibus ſanctis: diligit
dn̄s portas ſion: ſup oīa tabernacula iacob.
lorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei.
emor ero raab & babylonis ſcientium me.
cce alienigene & tyrus & populus ethiopū:
hi fuerunt illic.
unquid ſion dicet homo & homo natus eſt
in ea:& ipſe fundauit eam altiſſimus.
ominus narrabit in ſcripturis populorum:
& principum horum qui fuerunt in ea.
icut letantium omnium: habitatio eſt in te.
loria patri & filio:& ſpiritui ſancto.
icut erat in principio & nunc & ſemper: &
n ſecula ſeſulorum. Amen. ān. Sicut letantium
omnium noſtrum habitatio eſt in te ſancta dei
genitrix. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℟m.
Propterea benedixit te deus in eternum. Pater
noſter. Et ne nos. Benedictio recibus & me
ritis. vt ſequitur poſt. Iſte pſalmus & alij duo
ſequentes cum ſuis antiphonis dicūtur diebus
mercurij/& ſabbati. ān. Gaude maria. p̄s.
Antate domino canticum nouum: cantate
domino omnis terra.
antate domino & benedicite nomini eius:
annunciate de die in diem ſalutare eius.
nnunciauerunt inter gentes gloriam eius: in
omnibus populis mirabilia eius.
uoniam magnus dominus & laudabilis ni-
mis terribilis eſt ſuper omnes deos.
uoniam omnes dij gentium demonia: do-
minus autem celos fecit.
onfeſſio & pulchritudo in conſpectu eiꝰ: ſan
ctimonia & magnificētia in ſanctificatione eiꝰ.
fferte dn̄o patrie gentiū afferte dn̄o glori-

& honorem; afferte domino gloriã nomini ei⁹.
ollite hoſtias & introite in atria eius: adora-
te dominum in atrio ſancto eius.
Commoueatur a facie eius vniuerſa terra : di-
cite in gentibus quia dominus regnauit.
tenim correxit orbem terre qui nõ commo-
uebitur; iudicabit populos in equitate.
etentur celi & exultet terra commoueatur
mare & plenitudo eius : gaudebunt campi &
omnia que in eis ſunt.
unc exultabunt omnia ligna ſiluarũ a facie
dñi quia venit: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terre in equitate : & popu-
los in veritate ſua.
loria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
icut erat. aña. Gaude maria virgo cunctas
hereſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo. ãn.
Dignare me. Pſalmus.
DOminus regnauit exultet terra; letentur
inſule multe.
Nubes & caligo in circuitu eius; iuſticia & iu-
dicium correctio ſedis eius.
gnis ante ipſum precedet: & inflammabit in
circuitu inimicos eius.
lluxerunt fulgura eius orbis terre vidit : &
commota eſt terra.
ontes ſicut cera fluxerunt a facie domini : a
facie domini omnis terra.
Annunciauerunt celi iuſtitiam eius : & vide-
runt omnes populi gloriam eius.
onfundantur omnes qui adorant ſculptilia:
& qui gloriantur in ſimulachris ſuis.
dorate eum omnes angeli eius; audiuit & le-
tata eſt ſyon.

Et exaltauerunt filie iude / propter iudicia tua domine.
Quoniam tu dominus altiſſimus ſuper omnē terram / nimis exaltatus eſt ſuper omnes deos.
Qui diligitis dominum odite malū / cuſtodit dominus animas ſanctorum ſuorum / de manu peccatoris liberauit eos.
Lux orta eſt iuſto / & rectis corde leticia.
Letamini iuſti in domino / & confitemini memorie ſanctificationis eius.
Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen. ān. Dignare me laudare te virgo ſacrata / da michi virtutem contra hoſtes tuos. ān. Poſt partum. Pſalmus.
CAntate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.
Saluauit ſibi dextera eius: & brachium ſanctum eius.
Notum fecit dominus ſalutare ſuum: in cōſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.
Recordatus eſt miſericordie ſue: & veritatis ſue domui iſrael.
Viderunt oēs termini terre: ſalutare dei noſtri
Iubilate deo omnis terra: cantate & exultate & pſallite.
Pſallite domino in cythara ī cythara & voce pſalmi: in tubis ductilibus & voce tube cornee.
Iubilate in conſpectu regis domini moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarū & vniuerſi qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu ſimul montes exultabunt a conſpectu domini: quoniam venit iudicare terram.

Iudicauit orbem terrarum in iuſtitia: & popu
los in equitate.
Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio & nunc & ſemper: &
in ſecula ſeculorum. Amen. aña. Poſt partum
virgo inuiolata permanſiſti: dei genitrix inter=
cede pro nobis. ℣. Diffuſa eſt grã in labijs tuis.
℟. Propterea benedixit te deus in eternum. Pa
ter noſter. Et ne nos. Sed libera. Benedictio.
PRecibus & meritis beate marie virginis &
omnium ſanctorum & ſanctarum perducat
nos dominus ad regna celorũ. Amen. Iube do=
mine benedicere. Noscum prole pia benedicat
virgo maria. Amen. Lectio prima.
IN omnibus requiem queſiui: & in hereditatẽ
domini morabor. Tunc precepit & dixit mi=
chi creator omnium: & qui creauit me requieui
in tabernaculo meo & dixit michi. In iacob in=
habita: & in iſrael hereditare: & in electis meis
mitte radices. Tu autẽ domine miſerere noſtri.
Deo gratias. ℟. Sãcta & immaculata virginitas
quibus te laudibus efferam neſcio: Quia quem
celi capere non poterant tuo gremio contuliſti.
℣. Benedicta tu in mulieribus: & benedict⁹ fru=
ctus ventris tui. Quia quem celi. Iube domine
bñdicere. In omni tribulatione & anguſtia ſuc=
currat nobis virgo maria. Amẽ. Lectio ſecũda.
ET ſic in ſion firmata ſum: & in ciuitate ſan=
ctificata ſimiliter requieui & in hieruſalem
poteſtas mea. Et radicaui in populo honorifi=
cato: & in partes dei mei hereditas illius. Et in
plenitudine ſanctorum: detẽtio mea. Tu autem
domine miſerere noſtri. Deo gratias. ℣. Beata
es virgo maria que dominum portaſti creatorẽ

mundi. Genuiſti qui te fecit & in eternū perma
nes virgo. ℣. Aue maria gr̄a plena dominus te⸗
cum. Genuiſti. Iube domine bn̄dicere. Per vir⸗
ginem matrem concedat nobis dominus ſalutē
& pacem. Amen. Lectio tertia.

QVaſi cedr⁹ exaltata ſum in libano: & qua
ſi cypreſſus in monte ſion. Quaſi palma
exaltata ſum in cades: & quaſi plantatio roſe in
hierico. Quaſi oliua ſpecioſa in campis: & quaſi
platanus exaltata ſum iuxta aquas. In plateis ſi⸗
cut cynamomum & balſamū aromatizans / odo
rem dedi. Quaſi myrrha electa / dedi ſuauitatē
odoris. Tu autem domine miſerere noſtri. Deo
gratias. ℟. Felix nanq; es ſacra virgo maria &
omni laude digniſſima. Quia ex te ortus eſt ſol
iuſtitie chriſtus deus noſter. ℣. Ora pro populo
interueni pro clero intercede pro deuoto femi⸗
neo ſexu / ſentiant omnes tuum leuamen quicū⸗
q; celebrant tuam cōmemorationem. Quia ex
te ortus eſt ſol iuſtitie chriſtus deus noſter. Glo
ria patri & filio & ſpūi ſancto. Chriſtus deus nr̄

Canticum ſanctorum ambroſij & auguſtini.

TE deum laudam⁹ / te dominū confitemur.
Te eternum patrem / omnis terra vene⸗
ratur.

Tibi omnes angeli / tibi celi & vniuerſa pote⸗
ſtates.

Tibi cherubin & ſeraphin / inceſſabili voce
proclamant.

Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus
deus ſabaoth.

Pleni ſunt celi & terra / maieſtatis glorie tue.
Te glorioſus apoſtolorum chorus.
Te prophetarum laudabilis numerus.

e martyrum candidatus laudat exercitus.
e per orbem terrarũ ſctã confitetur eccleſia
atrem immenſe maieſtatis.
enerandum tuum verum/& vnicum filium.
anctum quoqȝ paraclytum ſpiritum.
u rex glorie chriſte.
u patris ſempiternus es filius.
u ad liberandum ſuſcepturus hominem/nõ
horruiſti virginis vterum.
u deuicto mortis aculeo/aperuiſti creden=
tibus regna celorum.
u ad dexteram dei ſedes/in gloria patris.
udex crederis eſſe ventures.
e ergo queſumus famulis tuis ſubueni/quos
precioſo ſanguine redemiſti.
terna fac cũ ſanctis tuis in gloria numerari.
aluum fac populum tuum domine/& bene=
dic hereditati tue.
t rege eos & extolle illos/vſqȝ in eternum.
er ſingulos dies/benedicimus te.
t laudamus nomen tuum in ſeculum/& in
ſeculum ſeculi.
ignare domine die iſto/ſine peccato nos
cuſtodire.
iſerere noſtri domine/miſerere noſtri.
iat miſericordia tua domine ſuper nos/quẽ=
admodum ſperauimus in te.
n te dñe ſperaui/non confundar in eternũ

Ad laudes.



DEus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto
Sicut erat in principio & nunc & ſemper: &
in ſecula ſeculorum. Amē. ān. Aſſumpta eſt ps̄.
DOminus regnauit decorē indutus eſt: in-
dutus eſt dñs fortitudinem & precinxit ſe
Etem̄ firmauit orbē terre: qui nō cōmouebit.
Parata ſedes tua deus ex tunc: a ſeculo tu es.

leuauerunt flumina domine : eleuauerunt flumina vocem ſuam.

Eleuauerunt flumina fluctus ſuos : a vocibus aquarū multarum.

irabiles elatiões maris: mirabilis in altis dñs.

eſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: do mu tuã decet ſctitudo dñe in lõgitudinẽ dierū

loria patri. ãn. Aſſumpta eſt maria in celū gaudent angeli laudantes benedicunt dominū an. Maria virgo. Pſalmus.

Vbilate deo omnis terra: ſeruite dño i leticia.

ntroite in conſpectu eius: in exultatione.

citote quoniam dominus ipſe eſt deus ipſe fecit nos: & non ipſi nos.

opulus eius & oues paſcue eius introite portas eius in confeſſione atria eius in hymnis confitemini illi.

audate nomen eius quoniam ſuauis eſt dominus in eternum miſericordia eius : & vſq; in generatione & generationem veritas eius.

loria patri. ãn. Maria virgo aſſumpta eſt ad ethereum thalamum, in quo rex regum ſtellato ſedet ſolio. ãn. In odorem. Pſalmus.

Eus deus meus: ad te de luce vigilo.

itiuit in te anima mea : q̃ multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta inuia & inaquoſa ſic in ſancto apparui tibi ; vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.

uoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

ic benedicam te in vita mea : & in nomine tuo leuabo manus meas.

icut adipe & pinguedine repleatur anima

mea:& labijs exultationis laudabit os meum.
ic memor fui tui ſuper ſtratum meum in ma
tutinis meditabor in te:quia fuiſti adiutor me⁹.
Et in velamento alarum tuarum exultabo ad
heſit aïa mea:poſt te me ſuſcepit dextera tua.
pſi vero in vanum queſierũt animam meam
introibunt in inferiora terre tradentur: in man⁹
gladij partes vulpium erunt.
ex vero letabitur in deo laudabuntur om=
nes qui iurant in eo / quia obſtructum eſt os lo=
quentium iniqua.
DEus miſereatur noſtri & benedicat nobis
illuminet vultum ſuum ſuper nos & miſe=
reatur noſtri.
t cognoſcamus in terra viam tuam in omni
bus gentibus ſalutare tuum.
onfiteantur tibi populi deus: confiteantur
tibi populi omnes.
etentur & exultent gẽtes quoniam iudicas
populos in equitate: & gentes in terra dirigis.
onfiteantur tibi populi deus: confiteantur
tibi populi omnes:terra dedit fructum ſuum.
enedicat nos deus deus noſter ; benedicat
nos deus / & metuant eum omnes fines terre.
loria patri & filio. ãn. In odorem vnguen=
torum tuorum currimus adoleſcentule dilexe=
runt te nimis. ãn. Benedicta filia.

Canticum trium puerorum.

BEnedicite omnia opera domini domino:
laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
enedicite angeli dñi dño:bñdicite celi dño
enedicite aque omnes que ſuper celos ſunt
domino:benedicite omnes virtutes dñi dño.
enedicite ſol & luna domino: benedicite

ſtelle celi domino.
Benedicite ymber & ros domino: benedicite omnis ſpiritus dei domino.
Benedicite ignis & eſtus domino: benedicite frigus & eſtas domino.
Benedicite rores & pruina domino: benedicite gelu & frigus domino.
Benedicite glacies & niues domino: benedicite noctes & dies domino.
Benedicite lux & tenebre domino: benedicite fulgura & nubes domino.
Benedicat terra dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.
Benedicite montes & colles domino: benedicite vniuerſa germinantia in terra domino.
Benedicite fontes domino: benedicite maria & flumina domino.
Benedicite cete & oīa que mouentur in aquis domino: benedicite oēs volucres celi domino.
Benedicite omnes beſtie & pecora domino: benedicite filij hominum domino.
Benedicat iſrael dominum laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.
Benedicite ſacerdotes domini domino: benedicite ſerui domini domino.
Benedicite ſpiritus & anime iuſtorū domino: benedicite ſancti & humiles corde domino.
Benedicite anania azaria miſael domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicamus patrem & filiū cum ſancto ſpū laudemus & ſuperexaltemus eum in ſecula.
Benedictus es dn̄e in firmamēto celi laudabilis & glorioſus & ſupexaltatus eū in ſcl'a. Amē.
ān. Benedicta filia tu a dn̄o/quia per te fructū

vite cõmunicauimus. ãn. Pulchra es. Pſalmus.

LAudate dñm de celis: laudate eũ in excelſis

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum ſol & luna: laudate eum omnes ſtelle & lumen.

Laudate eum celi celorum & aque que ſuper celos ſunt laudent nomen domini.

Quia ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt.

Statuit ea in eternum & in ſeculũ ſeculi: preceptum poſuit & non preteribit.

Laudate dñm de terra: dracones & oẽs abyſſi

Ignis grando nix glacies ſpiritus procellarũ: que faciunt verbum eius.

Montes & oẽs colles: ligna fructifera & oẽs cedri. Beſtie & vniuerſa pecora: ſerpentes & omnes volucres pennate.

Reges terre & omnes populi: principes & omnes iudices terre.

Iuuenes & virgines ſenes cũ iuniorib9 laudẽt nomẽ domini: quia exaltatũ eſt nomẽ ei9 ſoli9.

Confeſſio eius ſuper celum & terram: & exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis eius: filijs iſrael populo appropinquanti ſibi.

CAntate domino cãticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum.

Letetur iſrael in eo qui fecit eum: & filie ſion exultent in rege ſuo.

Laudent nomen eius in choro in tympano & pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo & exaltauit manſuetos in ſalutem.

xultabunt ſancti in gloria / letabuntur in cubilibus ſuis.

Exultationes dei in gutture eorum / & gladij ancipites in manibus eorum.

d faciendam vindictam in nationibus / increpationes in populis.

d alligandos reges eorum in compedibus / & nobiles eorum in manicis ferreis.

t faciant in eis iudicium conſcriptum / gloria hec eſt omnibus ſanctis eius.

Laudate dominum in ſanctis eius / laudate eum in firmamento virtutis eius.

audate eum in virtutibus eius / laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

audate eum in ſono tube / laudate eum in pſalterio & cythara.

laudate eum in tympano & choro / laudate eum in cordis & organo.

audate eum in cymbalis beneſonantibus / laudate eum in cymbalis iubilationis omnis ſpiritus laudet dominum.

loria patri & filio: & ſpiritui ſancto.

icut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen. ān. Pulchra es & decora filia hieruſalem terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Capitulum.

Iderunt eam filie ſyon / & beatiſſimam predicauerũt / & regine laudauerunt eã. Deo gratias. Hymnus.

O Glorioſa domia excelſa ſupra ſydera qui te creauit prouide lactaſti ſacro vbere.

uod eua triſtis abſtulit tu reddis almo germine / itrẽt vt aſtra flebiles / celi feneſtra facta es

u regis alti ianua & porta lucis fulgida / vitã

datam per virginem gentes redempte plaudite
loria tibi domine qui natus es de virgine/ cum patre & ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecu= la. Amen. ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus ventris tui. añ. Beata dei ge nitrix.

Canticum zacharie.

Enedictus dominus deus iſrael / quia viſi= tauit & fecit redemptionem plebis ſue.

Et erexit cornu ſalutis nobis/ in domo dauid pueri ſui.

icut locutus eſt per os ſanctorum / qui a ſe= culo ſunt prophetarum eius.

alutem ex inimicis noſtris/ & de manu om= nium qui oderunt nos.

d faciendam miſericordiam cum patribus noſtris/ & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iuſiurandum quod iurauit ad abraham pa= trem noſtrum/ daturum ſe nobis.

t ſine timore de manu inimicorum noſtro= rum liberati ſeruiamus illi.

n ſanctitate & iuſtitia coram ipſo/ omnibus diebus noſtris.

Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis/ prei= bis enim ante faciem domini parare vias eius.

d dandam ſcientiam ſalutis plebi eius in re= miſſionem peccatorum eorum.

er viſcera miſericordie dei noſtri/ in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent/ ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

loria patri & filio/ & ſpiritui ſancto.

icut erat in principio & nunc & ſemper / & in ſecula ſeculorum. Amē. añ. Btā dei genitrix

maria virgo perpetua templum domini ſacra=rium ſpiritusſancti tu ſola ſine exemplo placuiſti domino noſtro ieſu chriſto / ora pro populo interueni pro clero intercede pro deuoto femineo ſexu. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

DEus qui de beate marie virginis vtero verbum tuum angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti / preſta ſupplicibus tuis / vt qui vere eam dei genitricem credimus eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dn̄m noſtrum.

Commemoratio de ſanctis. an̄.

Sancti dei omnes intercedere dignemini pro noſtra omniumq; ſalute. ℣ ſus. Letamini in domino & exultate iuſti. ℟m. Et gloriamini omnes recti corde. Oratio.

PRotege domine populum tuum & apoſtolorum tuorum petri & pauli & aliorum apoſtolorum patrocinio confidentem perpetua defenſione conſerua. Oratio.

OMnes ſancti tui queſumus domine nos vbiq; adiuuent. vt dum eorum merita recolimus patrocinia ſentiamus / & pacem tuam noſtris concede temporibus & ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiam. Iter actus & voluntates noſtras & omnium famulorum tuorum in ſalutis tue proſperitate diſpone benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribue: & omnibus fidelibus defunctis requiem eternam concede. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Domine exaudi orationem meā.

Et clamor meus ad te veniat. Benedicamus domino. Deo gratias. Fidelium anime defunctorum per misericordiam dei ſine fine requieſcāt in pace. Amen.

Antiphona beate marie virginis.

Aue ſtella matutina mundi princeps & regina; virgo ſola digne dici, inter tela inimici clypeum pone ſalutis tue titulum virtutis. Tu es enim virga ieſſe: in qua deus fecit eſſe aaron amygdalum mundi tollens ſcandalum. Tu es area compluta celeſti rore imbuta ſicco tamen vellere. Tu nos in hoc carcere ſolare propitia dei plena gratia. O mater dei electa eſto nobis vbi recta ad eterna gaudia vbi pax & gloria & nos ſemper aure pia dulcis exaudi maria. ℣ſus. Dignare me laudare te virgo ſacrata. ℟m. Da michi virtutem contra hoſtes tuos. Oratio.

Gratiam tuam queſumus domine mentibus noſtris infunde: vt qui angelo nunciante chriſti filij tui incarnationem cognouimus per paſſionem eius & crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Domine exaudi orationem meam. Et clamor me⁹ ad te veniat. Benedicamus domino. Deo gratias.

Ad primam de beata maria.



DEus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio. Hymnus.
MEmento ſalutis auctor ꝙ noſtri quon=
dam corporis / ex illibata virgine naſcen
do formam ſumpſeris.
Maria mater gratie mater miſericordie tu nos
ab hoſte protege: & hora mortis ſuſcipe.

Gloria tibi domine qui natus es de virgine cū patre & ſctō ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amē.

an. Aſſumpta eſt. Pſalmus.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me & fortes queſierunt animam meam: & non propoſuerunt deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim deus adiuuat me: & dominus ſuſceptor eſt anime mee.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.

Voluntarie ſacrificabo tibi & confitebor nomini tuo domine: quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

Gloria patri. Sicut erat. Pſalmus.

BEnedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem iacob.

Remiſiſti iniquitatē plebis tue: operuiſti omnia peccata eorum.

Mitigaſti omnem iram tuam: auertiſti ab ira indignationis tue.

Conuerte nos deus ſalutaris noſter: & auerte iram tuam a nobis.

NUnquid in eternum iraſcaris nobis: aut extēdes iram tuam a generatione in generationē

Deus tu conuerſus viuificabis nos: & plebs tua letabitur in te.

Oſtende nobis domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus deus

quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.
Et ſup ſctos ſuos:& ī eos q cōuertunt ad cor.
Veruntamen prope timentes eum ſalutare ip=
ſius:vt inhabitet gloria in terra noſtra.
Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi iuſti=
cia:& pax obculate ſunt.
Veritas de terra orta eſt:& iuſticia de celo ꝑ=
ſpexit. Etenim dominus dabit benignitatem
& terra noſtra dabit fructum ſuum.
Iuſticia ante eum ambulabit: & ponet in via
greſſus ſuos. Gloria patri. Sicut erat. p̄s.
Laudate dominum omnes gentes: laudate
eum omnes populi.
Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericor=
dia eius:& veritas domini manet in eternum.
Gloria patri & filio. Sicut erat. ān. Aſſum=
pta eſt maria in celum gaudent angeli laudan=
tes benedicunt dominum. Capitulum.
QVe eſt iſta que progreditur quaſi aurora
conſurgens:pulchra vt luna electa vt ſol
terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Deo gra=
tias. ℣. Dignare me laudare te virgo ſacrata. ℞.
Da michi virtutē contra hoſtes tuos. Kyrie elei=
ſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Domine ex=
audi orationem meam. Et clamor. Oremus.
DEus qui virginalē aulem beate marie vir=
ginis in qua habitares eligere dignatꝰ es:
da queſumus vt ſua nos defenſione munitos io
cundos ſue nos facias intereſſe cōmemorationi.
Qui viuis & regnas deus. Per omnia.
Commemoratio de ſanctis. ān.
Sancti dei omnes intercedere dignemini pro
noſtra omniumqꝫ ſalute. ℣ſus. Letamini in do=
mino & exultate iuſti. ℞m. Et gloriamini om=

nes recti corde. Oratio.

E Xaudi nos deus ſalutaris noſter & apoſtolorum tuorum petri & pauli: & aliorū apoſtolorum nos tuere preſidijs quorum donaſti fideles eſſe doctrinis. Oratio.

O Mnes ſancti tui queſum⁹ domine nos vbiq; adiuuent: vt dum eorum merita recolimus patrocinia ſentiamus & pacem tuā noſtris concede temporibus & ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiam. Iter/actus/& voluntates noſtras & omnium famulorū tuorum in ſalutis tue ꝓſperitate diſpone benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribue & omnibus fidelibus defunctis requiem eternam concede. Per dominū noſtrum ieſum. Domie exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat. Fidelium anime defunctorum per miſericordiam dei ſine fine requieſcant in pace. Amen.

Ad tertiam de beata maria.




DEus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen. Hymnus.

MEmento ſalutis auctor / ꝙ noſtri quondã corporis / ex illibata virgine naſcendo formam ſumpſeris.

Maria mater gratie mater miſericordie tu nos ab hoſte protege & hora mortis ſuſcipe.

Gloria tibi domine qui natus es de virgine cũ patre & ſctõ ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amẽ.

an. Maria virgo. Pſalmus.

AD dominum cum tribularer clamaui: & exaudiuit me.
Domine libera animam meam a labijs iniquis & a lingua doloſa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam.
Sagitte potentis acute: cum carbonibus deſolatorijs.
Heu michi quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus cedar multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.
Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen. Pſalmus.
LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium michi.
Auxilium meum a domino: qui fecit celum & terram.
Nõ det in commotionem pedem tuum: neq; dormitet qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit neq; dormiet: qui cuſtodit iſrael.
Dominus cuſtodit te dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.
Per diem ſol non vret te: neq; luna per noctē.
Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam dominus.
Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitū tuum: ex hoc nunc & vſq; in ſeculum.
Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen. Pſalmus.

Etatus ſum in his que dicta ſunt michi : in domum domini ibimus.

tātes erāt pedes noſtri: in atrijs tuis hierl̄m.

ieruſalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.

lluc enim aſcenderunt tribus tribus domini: teſtimonium iſrael ad cōfitendum nomini dn̄i.

uia illic ſederunt ſedes in iudicio ſedes ſuper domum dauid.

ogate que ad pacem ſunt hieruſalē: & abundantia diligentibus te.

iat pax in virtute tua : & abundantia in turribus tuis.

ropter fratres meos & proximos meos : loquebar pacem de te.

ropter domum domini dei noſtri : queſiui bona tibi. loria patri. ān. Maria virgo aſſumpta eſt ad ethereum thalamum in quo rex regum ſtellato ſedet ſolio. Capitulum.

T ſic in ſion firmata ſum & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui : & in hieruſalē poteſtas mea. Deo gratias. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternum. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Eus qui ſalutis eterne beate marie virginitate fecūda humano generi premia preſtitiſti, tribue queſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus: per quam meruimꝰ: auctorem vite ſuſcipere dominum noſtrū ieſum chriſtum filium tuū. Qui tecum viuit & regnat deꝰ. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Commemoratio de omnibus ſanctis. ān.

Sanċti dei omnes intercedere dignemini pro noſtra omniumqꝫ ſalute. ℣ſus. Letamini in domino & exultate iuſti. ℟m. Et gloriamini omnes recti corde. Oratio.

PRotege domine populum tuum & apoſtolorum tuorum petri & pauli & aliorum apoſtolorum patrocinio confidentem perpetua defenſione conſerua. Oratio.

OMnes ſancti tui queſumus domine nos vbiqꝫ adiuuent vt dum eorum merita recolimus patrocinia ſentiamus / & pacem tuam noſtris concede temporibus & ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiam. Iter actus & voluntates noſtras & omnium famulorum tuorum in ſalutis tue proſperitate diſpone benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribue: & omnibus fidelibus defunctis requiem eternam concede. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Domine exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat. Benedicamus domino. Deo gratias.

Ad ſextam de beata maria.



Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio. Hymnus.
Memento ſalutis auctor ꝙ noſtri quondam corporis, ex illibata virgine naſcendo formam ſumpſeris.
Maria mater gratie mater miſericordie, tu nos ab hoſte protege: & hora mortis ſuſcipe.

loria tibi domine qui natus es de virgine/ cum patre & ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecu=la. Amen. ān. In odorem. Pſalmus.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce ſicut oculi ſeruorum:in manibus dominorum ſuorum.

icut oculi ancille in manibus domine ſue:ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum do=nec miſereatur noſtri.

iſerere noſtri domine miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.

Quia multum repleta eſt anima noſtra:opprobrium abundantibus & deſpectio ſuperbis.

loria patri & filio. icut erat. Pſalmus.

NIſi quia dominus erat in nobis dicat nunc iſrael:niſi quia dominus erat in nobis.

um exurgerent homines in nos forte viuos deglutiſſent nos.

um iraſceretur furor eorum in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

orrentem pertranſiuit anima noſtra forſitā pertranſiſſet anima noſtra:aquam intolerabilē.

Benedictus dominus qui non dedit nos: in captione dentibus eorum.

nima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de la=queo venantium.

aqueus contritus eſt; & nos liberati ſumus.

diutorium noſtrum in nomine domini: qui fecit celum & terram.

Gloria patri & filio. icut erat. Pſalmus.

Vi confidūt in domino ſicut mons ſyon non commouebitur in eternum qui ha=bitat in hieruſalem.

ontes in circuitu eius & dominus in circuitu

populi ſui:ex hoc nunc & vſq; in ſeculum.
Quia non relinqnet dominusvirgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum vt non extēdant iuſti: ad iniquitatem manus ſuas.
Bene fac domine bonis & rectis corde.
Declinantes autem in obligationes adducet dominus:cum operantibus iniquitatem pax ſuper iſrael.
Gloria patri & filio:& ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen. ān. In odorem vnguentorum tuorum currimus adoleſcentule dilexerunt te nimis. Capitulum.
ET radicaui in populo honorificato:& in partes dei mei hereditas illi⁹/& in plenitudine ſanctorum detentio mea. Deo gratias. ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus ventris tui. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.
COncede miſericors deus fragilitati noſtre preſidiū vt qui ſancte dei genitricis & virginis marie memoriam agim⁹ intercesſionis ei⁹ auxilio a noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Commemoratio de ſanctis. ān.

Sancti dei omnes intercedere dignemini pro noſtra omniumq; ſalute. ℣ſus. Letamini in domino & exultate iuſti. ℟m. Et gloriamini omnes recti corde. Oratio.
EXaudi nos deus ſalutaris noſter & apoſtolorum tuorum petri & pauli:& aliorū apoſtolorum nos tuere preſidijs quorum donaſti fideles eſſe doctrinis. Oratio.

OMnes ſancti tui queſumus domine nos vbiqȝ adiuuent vt dum eorum merita recolimus patrocinia ſentiamus / & pacem tuam noſtris concede temporibus & ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiam. Iter actus & voluntates noſtras & omnium famulorum tuorum in ſalutis tue proſperitate diſpone benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribue: & omnibus fidelibus defunctis requiem eternam concede. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Domine exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat. Benedicamus domino. Deo gratias. Fidelium anime defunctorum per miſericordiam dei ſine fine requieſcāt in pace. Amen.

Ad nonam de beata maria.



DEus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio. Hymnus.
MEmento ſalutis auctor ꝙ noſtri quon=dam corporis/ ex illibata virgine naſcendo formam ſumpſeris.
Maria mater gratie mater miſericordie tu nos ab hoſte protege & hora mortis ſuſcipe.

loria tibi domine qui natus es de virgine cũ patre & ſctõ ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amẽ.

án. Pulchra es. Pſalmus.

IN conuertendo dominus captiuitatem ſion: facti ſumus ſicut conſolati.

unc repletum eſt gaudio os noſtrum: & lingua noſtra exultatione.

unc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.

agnificauit dominus facere nobiſcum: facti ſumus letantes.

Conuertere domine captiuitatem noſtram: ſicut torrens in auſtro.

Qui ſeminant in lachrymis: in exultatione metent. untes ibant & flebant: mitentes ſemina ſua.

enientes autẽ venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos.

loria patri & filio. icut erat. Pſalmus.

NIſi dominus edificauerit domum: in vanum laborauerunt qui edificant eam.

iſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.

anum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtq̃ ſederitis qui manducatis panem doloris.

um dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas domini filij merces fructus ventris.

icut ſagitte ĩ manu potẽtis ita filij excuſſorũ

Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta.

loria patri & filio. Sicut erat. Pſalmus.

BEati omnes qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius.

abores manuum tuarum quia manducabis: beatus es & bene tibi erit.
xor tua ſicut vitis habundans: in lateribus domus tue.
ilij tui ſicut nouelle oliuarum: in circuitu menſe tue.
cce ſic benedicetur homo: qui timet dn̄m.
n̄dicat tibi domin⁹ ex ſion: & videas bona hieruſalem omnibus diebus vite tue.
t videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper iſrael.
loria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
icut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen. ān. Pulchra es & decora filia hieruſalē: terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Capitulum.
N plateis ſicut cinamomum & balſamū aromatizans odorem dedi quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. Deo gratias. ℣ſ⁹. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Dn̄e exaudi orationē meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.
Amulorum tuorum queſumus domine delictis ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris non valemus, genitricis filij tui domini noſtri ieſu chriſti interceſſione ſaluemur. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Commemoratio de ſanctis. ān.

Scti dei oēs intercedere dignemini pro noſtra omniūq; ſalute. ℣. Letamini in dn̄o & exultate iuſti. ℟. Et gloriamini oēs recti corde. Oratio.

PRotege domine populum tuum & apoſto-
lorum tuorum petri & pauli & aliorum apo
ſtolorum patrocinio confidentem perpetua de
fenſione conſerua. Oratio.

OMnes ſancti tui queſum⁹ domine nos vbi-
qꝫ adiuuent: vt dum eorum merita recoli-
mus patrocinia ſentiamus & pacem tuā noſtris
concede temporibus& ab eccleſia tua cunctam
repelle nequitiam. Iter / actus / & voluntates no-
ſtras & omnium famulorū tuorum in ſalutis tue
ꝓſperitate diſpone benefactoribus noſtris ſem
piterna bona retribue & omnibus fidelibus de-
functis requiem eternam concede. Per dominū
noſtrum ieſum. Domie exaudi orationem meā.
Et clamor meus ad te veniat. Fidelium anime
defunctorum per miſericordiam dei ſine fine
requieſcant in pace. Amen.

Ad veſperas de beata maria.



Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. ān. Dum eſſet. Pſalmus.
Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedum tuorum.

irgam virtutis tue emittet dominus ex ſion dominare in medio inimicorum tuorum.
ecum principiū in die virtutis tue in ſplēdoribus ſanctorū: ex vtero ante luciferum genui te
urauit dominus & non penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem melchiſedech.
ominus a dextris tuis: confregit in die ire ſue reges.
udicabit in nationibus implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.
e torrente in via bibit: propterea exaltabit caput. loria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
icut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen. ān. Dum eſſet rex in accubitu ſuo: nardus mea dedit odorem ſuauitatis. ān. Leua eius. Pſalmus.
Audate pueri dn̄m: laudate nomē domini.
it nomen domini benedictum: ex hoc nunc & vſq; in ſeculum.
ſolus ortu vſq; ad occaſum: laudabile nomen domini.
xcelſus ſuper omnes gentes dominus: & ſuper celos gloria eius.
uis ſicut dominus de⁹ noſter qui in altis habitat: & humilia reſpicit in celo & in terra.
uſcitans a terra inopē: & de ſtercore erigens pauperem. t collocet eum cum principibus cum principibus populi ſui.
ui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum letantem.
loria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
icut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amē. ān. Leua eius ſub ca-

pite meo: & dextera illius amplexabitur me. an. Nigra ſum. Pſalmus.

LEtatus ſum in his que dicta ſunt michi: in domum domini ibimus.

Stātes erāt pedes noſtri: in atrijs tuis hierl'm.

Hierуſalem que edificatur vt ciuitas: cui⁹ participatio eius in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt tribus tribus domini: teſtimoniū iſrael ad confitendum nomini dn̄i.

Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domum dauid.

Rogate que ad pacem ſunt hieruſalē: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum domini dei noſtri: queſiui bona tibi.

Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen. ān. Nigra ſum ſed formoſa filia hieruſalem: ideo dilexit me rex & introduxit me in cubiculū ſuū. ā. Iam hyems. p̄

NIſi dominus edificauerit domum: in vanū laborauerunt qui edificant eam.

Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtq̄ ſederitis qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas domini filij merces fructus ventris.

Sicut ſagitte ī manu potētis ita filij excuſſorū

Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum: ex

ipſis non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta.

Gloria patri. Sicut erat. ān. Iam hyems trāſijt imber abijt & receſſit ſurge amica mea & veni. ān. Specioſa. Pſalmus.

LAuda hieruſalem dominum: lauda deum tuum ſion.

Quoniam confortauit ſeras portarum tuarū: benedixit filijs tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumē-ti ſatiat te.

Qui emittet eloquium ſuum terre: velociter currit ſermo eius.

Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut ci-nerem ſpargit.

Mittit chriſtallum ſuum ſicut bucellas ante fa-ciem frigoris eius quis ſuſtinebit.

Emittet verbum ſuum & liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius & fluent aque.

Qui annunciat verbum ſuum iacob: & iuſticias & iudicia ſua iſrael.

Non fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorū. Amē. ān. Specioſa facta es & uauis in delicijs tuis ſctā dei genitrix. Cap̄m.

AB initio & ante ſecula creata ſum & vſqꝫ ad futurū ſclm̄ nō deſinā & in habitatiōe ſctā coram ipſo miniſtraui. Deo grās. Hymnus.

AVe maris ſtella dei mater alma atqꝫ ſemper virgo felix celi porta.

Sumens illud aue / gabrielis ore: funda nos in pace mutans nomen eue.

Solue vincla reis/profer lumen cecis:mala no
ſtra pelle/bona cuncta poſce.
Monſtra te eſſe matrem / ſumat per te preces:
qui pro nobis natus tulit eſſe tuus.
Virgo ſingularis/inter omnes mitis : nos cul=
pis ſolutos/mites fac & caſtos.
Vitam preſta puram/iter para tutum:vt vidē
tes ieſum/ſemper colletemur.
Sit laus deo patri/ſummo xp̄o decus ſpiritui
ſancto/trinus honor vnus. Amē. ℣. Diffuſa eſt
gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te
deus in eternum.ān. Beata mater.

Canticum beate marie.

MAgnificat anima mea dn̄m. Et exulta=
uit ſpiritus meus:in deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatē ancille ſue : ecce eñ
ex hoc beatam me dicent omnes generationes
Quia fecit michi magna qui potens eſt:& ſan=
ctum nomen eius.
Et miſericordia eius a progenie in progenies
timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio ſuo : diſperſit ſu=
perbos mente cordis ſui.
Depoſuit potētes de ſede:& exaltauit hūiles.
Eſurientes impleuit bonis : & diuites dimiſit
inanes. Suſcepit iſrael puerum ſuum:recorda
tus miſericordie ſue.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros:abraham
& ſemini eius in ſecula. Gloria patri. ān. Beata
mater & innupta virgo glorioſa regina mundi
intercede ꝑ nobis ad dn̄m. Kyrie eleiſon. Xp̄e
eleiſon. Kyrie eleiſon. Domine exaudi orationē
meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

COncede nos famulos tuos queſumus dn̄e deus ꝑpetua mentis & corporis ſalute gaudere & glorioſa beate marie ſemper virginis interceſſione: a preſenti liberari triſticia / & eterna perfrui leticia. Per chriſtum dn̄m noſtrū. Amē.

Commemoratio de ſanctis. ān.

Sancti dei omnes intercedere dignemini pro noſtra omniumqꝫ ſalute. ℣ſus. Letamini in domino & exultate iuſti. ℟m. Et gloriamini omnes recti corde. Oratio.

PRotege domine populum tuum & apoſtolorum tuorum petri & pauli & aliorum apoſtolorum patrocinio confidentem perpetua defenſione conſerua. Oratio.

OMnes ſancti tui queſum⁹ domine nos vbiqꝫ adiuuent: vt dum eorum merita recolimus patrocinia ſentiamus & pacem tuā noſtris concede temporibus & ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiam. Iter / actus / & voluntates noſtras & omnium famulorū tuorum in ſalutis tue ꝓſperitate diſpone benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribue & omnibus fidelibus defunctis requiem eternam concede. Per dominū noſtrum ieſum. Domie exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat. Fidelium anime defunctorum per miſericordiam dei ſine fine requieſcant in pace. Amen.

Ad completorium de beata maria.



Onuerte nos deus ſalutaris noſter.
Et auerte iram tuam a nobis.
eus in adiutorium meum intende.
omine ad adiuuandum me fēſtina.
loria patri & filio: & ſpiritui ſancto.
icut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen. Pſalmus.
Epe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nunc iſrael.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt michi.

Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam.

Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorũ: confundantur & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt ſion.

Fiant ſicut fenũ tectorum: quod priuſq̃ euellatur exaruit.

De quo non impleuit manum ſuam qui metet & ſignum ſuum: qui manipulos colliget.

Et non dixerunt qui preteribant benedictio domini ſuper vos: benedicimꝰ vobis in nomine domini. Gloria patri. Sicut erat. Pſalmus.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.

Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit.

Quia apud te propiciatio eſt: & propter legẽ tuam ſuſtinui te domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino.

A cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctem: ſperet iſrael in domino.

Quia apud dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria patri. Sicut erat. Pſalmus.

Domine non eſt exaltatum cor meum: neqꝫ elati ſunt oculi mei.

Neqꝫ ambulaui in magnis: neqꝫ in mirabilibus ſuper me.

Si non humiliter ſentiebam:ſed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua: ita retributio in anima mea.
Speret iſrael in domino: ex hoc nunc & vſq; in ſeculum. Gloria patri. Hymnus.
MEmento ſalutis auctor / q; noſtri quondã corporis / ex illibata virgine naſcendo formam ſumpſeris.
Sancte dionyſii cum ſocijs tuis Ora pro no.
Omnes ſancti martyres. Orate pro nobis.
Sancte ſilueſter Ora pro nobis.
Sancte gregori Ora pro nobis.
Sancte martine Ora pro nobis.
Sancte auguſtine Ora pro nobis.
Sancte ambroſi Ora pro nobis.
Sancte hieronyme Ora pro nobis.
Sancte nicolae Ora pro nobis.
Sancte ludouice Ora pro nobis.
Sancte bonauentura Ora pro nobis.
Omnes ſancti pontifices & confeſſores. orate.
Omnes ſancti doctores orate pro nobis.
Sancte benedicte orate pro nobis.
Sancte franciſce ora pro nobis.
Sancte anthoni ora pro nobis.
Sancte bernarde ora pro nobis.
Sancte lete ora pro nobis.
Omnes ſancti monachi & heremite. orate ꝓ.

mnes ſancti ſacerdotes & leuite. Orate ꝓ.
ancta anna ora pro nobis.
ancta maria magdalena ora pro nobis.
ancta agatha ora pro nobis.
ancta agnes ora pro nobis.
ancta lucia ora pro nobis.
ancta katherina ora pro nobis.
ancta margareta ora pro nobis.
ancta barbara ora pro nobis.
ancta apolonia ora pro nobis.
ancta fides ora pro nobis.
ancta caritas ora pro nobis.
mnes ſancte virgines & vidue. Orate ꝓ no.
ēs ſancti & ſancte dei. Intercedite ꝓ nobis.
ropitius eſto. Parce nobis domine.
b omni malo. Libera nos domine.
b omni peccato. Libera nos domine.
b ira tua. Libera nos domine.
ſubitanea & improuiſa morte. Libe. nos d.
inſidijs diaboli. Libera nos domine.
b ira & odio & omni mala voluntate. Libe.
ſpiritu fornicationis. Libera nos domine.
fulgare & tempeſtate. Libera nos domine.
morte perpetua. Libera nos domine.
er miſterium ſancte incarnationis tue. Libe.
er aduentum tuum. Libera nos domine.
er natiuitatem tuam. Libera nos domine.
er baptiſmum & ſanctū ieiunium tuum. Li.
er crucem & paſſionem tuam. Lib. nos do.
er mortem & ſepulturam tuam. Lib. nos d.
er ſanctam reſurrectionem tuam. Li. nos d.
er admirabilem aſcenſionē tuam. Li. n. do.
er aduentum ſpiritus ſancti paraclyti. Lib.
n die iudicij. Libera nos domine.

Peccatores. Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas. Te rogamus audi nos.
Ut nobis indulgeas. Te rogamus audi nos.
Ut ad veram penitentiam nos perducere digneris. Te rogamus audi nos.
Ut eccleſiam tuam ſanctam regere & defenſare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut donum apoſtolicum & omnes eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare & conſeruare digneris. Te rogamus au.n.
Ut mentes noſtras ad celeſtia deſideria erigas. Te rogamus audi nos.
Ut omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas. Te regamus audi nos.
Ut animas noſtras fratrum propinquorum & benefactorum noſtrorum ab eterna damnatione eripias. Te rogamus audi nos.
Ut fructꝰ terre dare & cõſeruare digneris. te.
Ut omnibꝰ fidelibus defunctis requiem eternam donare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut nos exaudire digneris. Te roga. audi nos.
Fili dei. Te rogamus audi nos.
Fili dei. Te rogamus audi nos.
Fili dei. Te rogamus audi nos.
Agnus dei qui tollis peccata mũdi. Parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. Exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. Miſerere nobis & dona nobis pacem. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos. p̄s.

Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me feſtina.

Confundantur & reuereātur qui querunt animam meam.

Auertantur retrorſum & erubeſcant: qui volunt michi mala.

Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt michi euge euge.

Exultent & letentur in te omnes qui querunt te & dicant ſemper magnificetur dominus: qui diligunt ſalutare tuum.

Ego vero egenꝰ & pauꝑ ſum deꝰ adiuua me.

Adiutor meus & liberator meus es tu domine ne moreris.

Gloria patri. ℣. Saluos fac ſeruos tuos & ancillas tuas. ℟. Deus meus ſperantes in te. Eſto nobis domine turris fortitudinis. A facie inimici. Nichil proficiat inimicus in nobis. Et filius iniquitatis nō apponat nocere nobis. Domine nō ſecundnm peccata noſtra facias nobis. Neqȝ ſecundū iniquitates noſtras retribuas nobis. Oremus pro papa noſtro. Dominus conſeruet eum & viuificet eum & beatum faciat eum in terra & nō tradat eum in manibus inimicorū eius. Oremus pro benefactoribus noſtris. Retribuere dignare domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen ſanctum tuum invitā eternam. Oremus pro fidelibus defunctis. Requiem eternam dona eis dn̄e. Et lux perpetua luceat eis. Requieſcant in pace. Amen. Pro fratribus noſtris abſentibꝰ. Saluos fac ſeruos tuos. Deus meꝰ perātes in te. Mitte eis domine auxiliū de ſancto. Et de ſion tuere eos. Dn̄e exaudi orationē meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

DEus cui propriũ eſt miſeri ſemper & parcere ſuſcipe deprecationem noſtram vt quos delictorum cathena conſtringit miſeratio tue pietatis abſoluat. Oratio.

EXaudi queſumus domīe ſupplicum preces & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam nobis tribuas benignus & pacem. Oratio.

INeffabilem nobis dñe mīam tuam clementer oſtende vt ſimul nos a peccatis oībus exuas: & a penis quas ꝓ his meremur eripias. Oratio.

DEus qui culpa offenderis penitẽtia placaris preces populi tui ſupplicantis propiciꝰ reſpice & flagella iracundie que ꝓ peccatis noſtris mereamur auerte. Oratio.

OMnipotẽs ſempiterne deus miſerere famulo tuo papa noſtro: & dirige eum ſecundũ tua clementiam in viam ſalutis eterne vt te donante tibi placeat & tota virtute perficiat. Orõ

DEus a quo ſctã deſideria recta conſilia & iuſta ſunt opera da ſeruis tuis illam quam mũdus dare nõ poteſt pacẽ vt & corda noſtra mandatis tuis dedita & hoſtium ſublata formidine tẽpora ſint tua protectione trãquilla. Orõ

URe igne ſancti ſpiritus renes noſtros & cor noſtrum domine vt tibi caſto corpore ſeruiamus & mũdo corde placeamus. Orario

FIdelium deus omnium conditor & redemptor animabus famulorum famularũqȝ tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorũ vt indulgentiam quam ſemper optauerunt pijs ſupplicationibus conſequantur. Oratio.

ACtiones noſtras queſumus domine aſpirando preueni & adiuuando proſequere:

vt cuncta noſtra oratio & operatio ad te ſemꝑ incipiat & per te cepta finiatur. Oratio.

Omnipotens ſempiterner deus qui viuorũ dominaris ſimul & mortuorum omniũq; miſereris quos tuos fide & ope futuros eſſe preноſcis te ſuppliciter exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus quoſq; vel preſens adhuc ſeculum i carne retinet: vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit intercedentibus omnibus ſanctis tuis pietatis tue clementia omnium delictorum ſuorum veniam & gaudia conſequi mereantur eterna. Per dominũ noſtrum ieſum xp̄m filium tuũ. Qui tecũ viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Domine exaudi orationem meã Et clamor me⁹ ad te veniat. Benedicamus domino. Deo gratias. Fidelium anime defunctorum. Per miſericordiã dei ſine fine requieſcãt in pace. Amen.

Sequuntur vigilie mortuorum. Ad veſperas. ã. Placebo domino. Pſalmus.



Dilexi quoniam exaudiet dominus : vo-
cem orationis mee.
Quia inclinauit aurem ſuam michi : &
in diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis : & peri-
cula inferni inuenerunt me.
Tribulationem & dolorem inueni : & nomen
domini inuocaui.
O domine libera animam meā miſericors do-

minus & iuſtus: & deus noſter miſeretur.
Cuſtodiēs paruulos dominus: humiliatus ſum & liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte oculos meos: a lachrymis pedes meos a lapſu.
Placebo domino: in regione viuorum.
Requiem eternā dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ān. Placebo domino in regione viuorum. ān. Heu me. Pſalmus.
AD dominum cum tribularer clamaui: & exaudiuit me:
Domine libera animam meam a labijs iniquis & a lingua doloſa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam.
Sagitte potentis acute: cum carbonibus deſolatorijs.
Heu michi quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus cedar multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.
Requiem eternam. ān. Heu me quia incolatus meus prolongatus eſt. ān. Dn̄s cuſtodit. p̄s.
LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium michi.
Auxilium meum a domino: qui fecit celum & terram.
Nō det in commotionem pedem tuum: neq; dormitet qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit neq; dormiet: qui cuſtodit iſrael.

Dominus cuſtodit te dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.
Per diem ſol non vret te: neq; luna per noctē.
Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam dominus.
Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitū tuum: ex hoc nunc & vſq; in ſeculum.
Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ān. Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam dominus. ān. Si iniquitates. Pſalmus.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit.
Quia apud te propiciatio eſt: & propter legē tuam ſuſtinui te domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino.
A cuſtodia matutina vſq; ad noctem: ſperet iſrael in domino.
Quia apud dominum miſericordia & copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Requiem eternam dona eis domine. ān. Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit. ān. Opera. Pſalmus.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audiſti verba oris mei.
In conſpectu angelorum pſallā tibi: adorabo ad templū ſanctum tuum in timore tuo.
Sup miſericordia tua & veritate tua: qm̄ ma-

gnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum.
In quacunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine omnes reges terre: quia audierunt omnia verba oris mei.
Et cantent in vijs domini: quoniam magna eſt gloria domini.
Quoniam excelſus dominus & humilia reſpicit: & alta longe cognoſcit.
Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: & ſuper iram inimicorū meorum extēdiſti manū tuam/& ſaluū me fecit dextera tua.
Dominus retribuet ꝑ me domine miſericordia tua in ſeculum: opera manuum tuarum ne deſpicias.
Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ān. Opera manuum tuarū ne deſpicias. ℣ſus. Audiui vocem de celo dicentem michi. ℟. Beati mortui qui in domino moriuntur. ān. Omne quod dat. Pſalmus.
Magnificat anima mea dñm. Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatē ancille ſue: ecce enī ex hoc beatam me dicent omnes generationes
Quia fecit michi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
Depoſuit potētes de ſede: & exaltauit hūiles.
Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes. Suſcepit iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordie ſue.

Sicut locutus eſt ad patres noſtros:abraham
& ſemini eius in ſecula.
Requiē eternam. ān. Omne quod dat michi
pater ad me veniet: & eum qui venit ad me nō
eijciam foras. Pater noſter. Et ne nos. Pſalm⁹.
Lauda anima mea dominum laudabo dn̄m
in vita mea:pſallam deo meo q̄diu fuero.
Nolite confidere in principibus: nec in filijs
hominum in quibus non eſt ſalus.
Exibit ſpūs eius & reuertetur in terram ſuam
in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius deus iacob adiutor eius ſpes eius
in domino deo ipſius qui fecit celum & terram:
mare & omnia que in eis ſunt.
Qui cuſtodit veritatem in ſeculū facit iudiciū
iniuriam patientibus:dat eſcam eſurientibus.
Dn̄s ſoluit compeditos: dn̄s illuminat cecos.
Dominus erigit eliſos:dominus diligit iuſtos.
Domin⁹ cuſtodit aduenas pupillum & viduā
ſuſcipiet:& vias peccatorum diſperdet.
Regnabit dominus in ſecula deus tuus ſion:in
generatione & generationem.
Requiē eternā. ℣.Requieſcant in pace. Amē.
℣. A porta inferi. ℟. Erue domine aīas eorum.
Domine exaudi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oratio.
Deus qui inter apoſtolicos ſacerdotes fa=
mulos tuos pontificali ſeu ſacerdotali fe=
ciſti dignitate vigere: preſta queſumus:vt eorū
quoqꝫ perpetuo aggregentur cōſortio. Oratio
Deus venie largitor & humane ſalutis ama
tor queſumus clementiam tuam vt noſtre
congregationis fratres/ſorores / propinquos &
benefactores noſtros qui ex hoc ſeculo tranſie=

runt / beata maria ſemper virgine intercedente cum omnib⁹ ſanctis tuis ad perpetue beatitudinis conſortium peruenire concedas. Oratio.

Fidelium deus omnium conditor & redemptor animabus famulorum famularũq; tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorũ vt indulgentiam quam ſemper optauerunt pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis & re.

Ad matutinas. Inuitatorium. Regem cui oia viuunt. Venite adoremus. Pſalmus.

Venite exultemus domīo iubilemus deo ſalutari noſtro: preoccupemus faciem eius in confeſſione / & in pſalmis iubilemus ei. Regem cui omnia viuunt. Venite adoremus.

Quoniam deus magnus dominus & rex magnus ſuper omnes deos: quoniam non repellet dominus plebem ſuam / quia in manu eius ſunt omnes fines terre: & altitudines montium ipſe conſpicit. Venite adoremus.

Quoniam ipſius eſt mare & ipſe fecit illud & aridam fundauerunt manus eius: venite adoremus & procidamus ante deũ ploremus coram domino qui fecit nos / quia ipſe eſt dominus deus noſter: nos autem populus eius & oues paſcue eius. Regẽ cui omnia viuunt.

Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra: ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto vbi tentauerunt me patres veſtri / probauerunt & viderunt opera mea. Venite adoremus.

Quadraginta annis ꝓximus fui generationi huic & dixi ſemp hi errãt corde: ipſi vero non cognouerũt vias meas quib⁹ iuraui in ira mea / ſi introibunt in requiem meam. Regem cui.

equiem eternā dona eis domine:& lux perpetua luceat eis. Venite adoremus. Regem cui omnia viuūt. Venite ado. ān. Dirige. Pſalmus.

Erba mea auribus percipe domine intelligē clamorem meum.

ntēde voci orōnis mee: rex me⁹ & de⁹ me⁹. Qñ ad te orabo dñe mane exaudies vocē meā

ane aſtabo tibi & videbo: quoniā non deus volens iniquitatem tu es.

eq; habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt iniuſti ante oculos tuos.

diſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

irum ſanguinū & doloſum abhominabitur dns: ego autem in multitudine miſericordie tue

ntroibo in domum tuam adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.

omine deduc me in iuſticia tua propter inimicos meos: dirige in conſpectu tuo viam meā.

uoniam nō eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.

epulchrum patens eſt guttur eorum linguis ſuis: doloſe agebant iudica illos deus.

ecidant a cogitationibus ſuis ſecundū multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.

t letentur omnes qui ſperant in te: in eternū exultabunt & habitabis in eis.

t gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto.

omine vt ſcuto bone voluntatis tue: coronaſti nos. equiem eternam. ān. Dirige domine deus meus in conſpectu tuo viam meam. Aña. Conuertere domine. Pſalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.

Miſerere mei dñe quoniam infirmus ſum ſana me domine: quoniam conturbata ſunt oſſa mea

Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine vſq;quo.

Conuertere domine & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi.

Laboraui in gemitu meo lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrimis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem: qm̄ exaudiuit dominus vocē fletus mei.

Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer oēs inimici mei: cōuertantur & erubeſcant valde velociter. Requiē eternam. ān. Conuertere domine & eripe animā meam qm̄ nō eſt in morte qui memor ſit tui. ān. Nequando. Pſalmus.

Domine deus meus in te ſperaui ſaluū me fac: ex oībus perſequētibꝰ me & libera me

Nequando rapiat vt leo animam meam: dum non eſt qui redimat neq; qui ſaluum faciat.

Domine deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuētibus michi mala: decidā merito ab inimicis meis inanis.

Perſequatur inimicus animam meam cōprehendat & conculcet in terra vitam meā & glo-

riam meam in puluerem deducat.
Exurge domine in ira tua: & exaltare in fini-
bus inimicorum meorum.
Et exurge dñe deus meus in precepto quod
mandaſti: & ſynagoga populorũ circũdabit te.
Et propter hanc in altum regredere: domin⁹
iudicat populos.
Iudica me domine ſecundum iuſtitiam tuã
& ſecundum innocentiam meam ſuper me.
Conſumetur nequitia peccatorum & diriges
iuſtum: ſcrutans corda & renes deus.
Iuſtum adiutorium meum a domino: qui ſal-
uos facit rectos corde.
Deus iudex iuſtus fortis & patiens: nunquid
iraſcitur per ſingulos dies.
Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrauit
arcum ſuum tetendit: & parauit illum.
Et in eo parauit vaſa mortis ſagittas ſuas: ar-
dentibus effecit.
Ecce parturit iniuſticiam concepit dolorem:
& peperit iniquitatem.
Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in fo-
ueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput ei⁹: & in ver-
ticem ipſius iniquitas eius deſcendet.
Confitebor domino ſecundum iuſtitiam ei⁹:
& pſallam nomini dimini altiſſimi.
Requiem eternã dona eis domine: & lux per-
petua luceat eis. ãn. Nequando rapiat vt leo
animã meam dũ non eſt qui redimat neq; qui
ſaluũ faciat. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe ani-
mas eorum. Pater noſter. Et ne nos. Lectio. j.
Parce michi domine: nichil enim ſunt dies
mei. Quid eſt homo: quia magnificas eum:

aut quid apponis erga eum cor tuum? Viſitas eum diluculo: & ſubito probas illum. Vſqꝫquo non parcis michi: nec dimittis me vt glutiam ſaliuam meam. Peccaui. Quid faciam tibi: o cuſtos hominum? Quare poſuiſti me contrarium tibi: & factus ſum michimetipſi grauis? Cur nō tollis peccatum meum: & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nūc in puluere dormio: & ſi mane me queſieris non ſubſiſtam. ℞. Credo ꝙ redemptor meus viuit & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Et in carne mea videbo deum ſaluatorem meum. ℣. Quem viſurus ſum ego ipſe & non alius: & oculi mei conſpecturi ſunt. Et in carne. Lectio ſecunda.

TEdet animam meam vite mee: dimittam aduerſum me eloquium meum. Loquar in amaritudine anime mee: dicā deo noli me condēnare. Indica michi: cur me ita iudices? Nunquid bonum tibi videtur ſi calumnieris: & opprimas me opus manuum tuarum: & conſilium impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo: & tu videbis? Nunquid ſicut dies hominis dies tui: & anni tui ſicut humana ſunt tempora. Vt queras iniquitatem meam: & peccatū meum ſcruteris. Et ſcias quia nichil impium fecerim: cum ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere. ℞. Qui lazarum reſuſcitaſti a monumento fetidū. Tu eis domine dona requiem & locū indulgentie. ℣. Qui venturus es iudicare viuos & mortuos & ſeculū per ignem. Tu eis dn̄e dona requiē. Lectio tertia.

MAnus tue domine fecerunt me: & plaſmauerunt me totum in circuitu & ſic repēte precipitas me. Memento queſo ꝙ ſicut lutum

fecetis me: & in puluerem reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me: & ſicut caſeum me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis compegiſti me. Vitam & miſericordiam tribuiſti michi: & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. ℟. Domine quando veneris iudicare terram vbi me abſcondā a vultu ire tue. Quia peccaui nimis in vita mea. ℣. Cōmiſſa mea paueſco & ante te erubeſco: dum veneris iudicare noli me condénare. Quia peccaui nimis in vita mea.

In ſecundo nocturno. ān. In loco. Pſalmus.

DOminus regit me & nichil michi deerit: in loco paſcue ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: animā meam conuertit.

Deduxit me ſuper ſemittas iuſtitie: propter nomen ſuum.

Nam & ſi ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es.

Virga tua & bacul⁹ tuus: ipſa me cōſolata ſunt

Paraſti in conſpectu meo menſam: aduerſus eos qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians q̄ preclarus eſt.

Et miſericordia tua ſubſequetur me, omnibus diebus vite mee.

Et vt inhabitem in domo domini, in longitudinem dierum.

Requiē eternā. ān. In loco paſcue ibi me collocauit. ān. Delicta. Pſalmus.

AD te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubeſcam.

Neq3 irrideāt me inimici mei: etenim vniuerſi qui ſuſtinent te non confundantur.

Confundantur oēs iniqua agētes ſuperuacue.
Vias tuas domine demonſtra michi: & ſemitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua & doce me: quia tu es deus ſaluator meus & te ſuſtinui tota die.
Reminiſcere miſerationum tuarū domine: & miſericordiarum tuarum que a ſeculo ſunt.
Delicta iuuentutis mee: & ignorantias meas ne memineris.
Secundum miſericordiā tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam domine.
Dulcis & rectus dominus: propter hoc legem dabit deliquentibus in via.
Diriget manſuetos in iudicio: docebit mittes vias ſuas.
Vniuerſe vie dñi miſericordia & veritas requirentibus teſtamentū eius: & teſtimonia eius.
Propter nomen tuum domine: propiciaberis peccato meo multum eſt enim.
Quis eſt homo qui timet dominum legem ſtatuit ei in via quam elegit.
Anima eius in bonis demorabitur / & ſemen eius hereditabit terram.
Firmamentum eſt dñs timentibus eum / & teſtamentum ipſius vt magnifeſtetur illis.
Oculi mei ſemper ad dominum / quoniā ipſe euellet de laqueo pedes meos.
Reſpice in me & miſerere mei: quia vnicus & pauper ſum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicate ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.
Vide humilitatem meam & laborem meū: & dimitte vniuerſa delicta mea.
Reſpice inimicos meos quoniam multiplicati

ſunt & odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam & erue me non eru-
beſcam: quoniam ſperaui in te.
Innocentes & recti adherunt michi: quia ſu-
ſtinui te.
Libera deus iſrael: ex omnibus tribulationib⁹
ſuis. Requiē eternā. ān. Delicta iuuētutis mee:
& ignorantias meas ne memineris domine. ān.
Credo videre. Pſalmus.

Dominus illuminatio mea: & ſalus mea quē
timebo.
Dn̄s protector vite mee: a quo trepidabo.
Dū appropiant ſuper me nocentes: vt edant
carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati
ſunt & ceciderunt.
Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non time-
bit cor meum.
Si exurgat aduerſum me prelium: in ego ſpe-
rabo. Unā petij a dn̄o hanc requirā vt inhabi-
tē in domo domini: omnibus diebus vite mee.
Ut videā voluntatē dn̄i: & viſitē tēplum ei⁹.
Quōm abſcōdit me ī tabernaculo ſuo in die ma-
lorū protexit me: in abſcondito tabernaculi ſui.
In petra exaltauit me & nūc exaltauit caput
meum ſuper inimicos meos.
Circuiui & immolaui in tabernaculo eius ho-
ſtiā vociferationis cātabo / & pſalmū dicā dn̄o.
Exaudi domine vocē meam qua clamaui ad
te / miſerere mei & exaudi me.
Tibi dixit cor meū exquiſiuit te facies mea /
faciem tuam domine requirem.
Ne auertas faciem tuam a me / ne declines in
ira a ſeruo tuo.

Adiutor me⁹ eſto domine ne derelinquas me neq; deſpicias me deus ſalutaris meus.
Quoniã pater meus & mater mea/derelinquerunt me dominus autem aſſumpſit me.
Legẽ pone michi domine in via tua:& dirige me in ſemitta recta/propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me quoniã inſurrexerunt in me teſtes iniqui/& mẽtita eſt iniquitas ſibi.
Credo videre bona dñi/in terra viuentium.
Expecta dominum viriliter age & confortetur cor tuum/& ſuſtine dominum.
Requiẽ eternam. ãn. Credo videre bona dñi in terra viuentium. ℣ſ⁹. Collocet eos dominus cum principibus. ℟. Cũ principibus populi ſui. Pater noſter. Et ne nos. Lectio quarta.

REſponde michi. Quantas habeo iniquitates& peccata ſcelera mea atq; delicta oſtẽde michi. Cur faciem tuã abſcondis/& arbitraris me inimicũ tuum? Contra foliũ quod vento rapitur oſtendis potentiã tuam/& ſtipulã ſiccã perſequeris. Scribis enim contra me amaritudines/& conſumere me vis peccatis adoleſcentie mee. Poſuiſti in neruo pedem meũ/& obſeruaſti oẽs ſemitas meas/& veſtigia pedum meorũ conſideraſti. Qui quaſi putredo conſumendus ſum/& quaſi veſtmentum quod comeditur a tinea. ℟. Meniẽto mei deus quia ventus eſt vita mea. Nec aſpiciat me viſus hominis. ℣. De profundis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocẽ meam. Nec aſpiciat. Lectio quinta.

HOmo natus de muliere: breui viuens tempore repletᷣ multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur & conteritur & fugit velut vmbra &

nunq̄ in eodē ſtatu permanet. Et dignum duſcis ſup huiuſcemodi aperire oculos tuos:& aduſcere eum tecum in iudicium? Quis poteſt facere mundū de immundo conceptum ſemine? Nōne tu qui ſolus es? Breues dies hominis ſunt numerus menſiū eius apud te eſt. Conſtituiſti terminos eius qui preteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo vt quieſcat: donec optata veniat & ſicut mercennarij dies eius. ℞. Heu michi domine quia peccaui nimis in vita mea quid faciam miſer vbi fugiā niſi ad te deus meus miſerere mei. Dum veneris in nouiſſimo die. ℣ſus. Anima mea turbata eſt valde ſed tu domine ſuccurre ei. Dum veneris. Lectio ſexta.

QVis michi hoc tribuat / vt in inferno protegas me & abſcondas me donec pertrāſeat furor tuus & conſtituas michi tēpus in quo recorderis mei? Putas ne mortuꝰ homo rurſum viuat? Cunctis diebus quibus nunc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me & ego reſpondebo tibi. Operi manuum tuarū porriges dexteram. Tu quidē greſſus meos dinumeraſti: ſed parce peccatis meis. ℞. Ne recorderis peccata mea domine. Dū veneris iudicare ſeculum per ignem. ℣. Dirige domine deus meꝰ in conſpectu tuo viam meam. Dum veneris iudicare ſeculum per ignē. ān. Cōplaceat. Pſalmus.

EXpectans expectaui dn̄m: & intēdit michi.

Et exaudiuit preces meas & eduxit me de lacu miſerie: & de luto fecis.

Et ſtatuit ſupra petram pedes meos: & direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meum canticum nouum: carmen deo noſtro.

idebũt multi & timebũt:& ſperabũt in dño
Beatus vir cuius eſt nomen dñi ſpes eius:& nõ
reſpexit in vanitates & inſanias falſas.
Multa feciſti tu dñe deus meus mirabilia tua &
cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.
Annunciaui & locutus ſum multiplicati ſunt
ſuper numerum.
acrificium & oblationem noluiſti:aures au-
tem perfeciſti michi.
olocauſtum & pro peccato non poſtulaſti:
tunc dixi ecce venio.
In capite libri ſcriptum eſt de me vt facerem
voluntatem tuam deus meus volui & legem tuã
in medio cordis mei.
nnunciaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna
ecce labia mea non prohibebo domine tu ſciſti.
uſtitiam tuã non abſcondi in corde meo ve-
ritatem tuam:& ſalutare tuum dixi.
on abſcondi miſericordiam tuam & verita-
tem tuam:a conſilio multo.
Tu autem domine ne longe facias miſeratio-
nes tuas a me miſericordia tua & veritas tua ſẽ-
per ſuſceperunt me.
Quoniã circundederunt me mala quorũ non
eſt numerus comprehenderunt me iniquitates
mee:& non potui vt viderem.
Multiplicate ſunt ſuper capillos capitis mei:&
cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi domine vt eruas me domine
ad adiuuandum me reſpice.
Confundantur & reuereantur ſimul qui que-
runt animam meam vt auferant eam.
Auertantur retrorſum & reuereantur:qui vo-
lunt michi mala.

Erant confeſtim confuſionem ſuam: qui dicunt michi euge euge.
Exultent & letentur ſuper te omnes querētes te: & dicant ſemper magnificetur dominus qui diligunt ſalutare tuum.
Ego autem mendicus ſum & pauper: domin⁹ ſollicitus eſt mei.
Adiutor meus & protector meus tu es: deus meus ne tardaueris.
Requiē eternā dona eis dn̄e: & lux perpetua. ān. Coplaceat tibi dn̄e vt eruas me dn̄e ad adiuuandū me reſpice. ān. Sana dn̄e. Pſalmus.
BEatus qui intelligit ſuper egenū & pauperem: in die mala liberabit eum dominus.
Dn̄s cōſeruet eū & viuificet eū & beatū faciat eū in terra: & nō tradat eū in aiam iimicorū ei⁹
Dn̄s opem ferat illi ſuper lectum doloris vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius.
Ego dixi domine miſerere mei ſana animam meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala michi/quādo morietur & peribit nomen eius.
Et ſi ingrediebatur vt videret vana loquebatur cor eius congregabit iniquitatem ſibi.
Egrediebaẗ foras & loquebatur in idipſum.
Aduerſum me ſuſurrabāt omnes inimici mei/ aduerſum me cogitabant mala michi.
Verbū iniquum conſtituerunt aduerſum me nunquid qui dormit non adijciet vt reſurgat.
Etem̄ ho pacis mee in quo ſperaui / q edebat panes meos magnificauit ſup me ſupplātatio.ē
Tu autē domine miſerere mei/& reſuſcita me & retribuam eis.
In hoc ego cognoui quoniā voluiſti me: quo

niam non gaudebit inimicus meus ſuper me.
e autem propter innocentiā ſuſcepiſti & cō-
firmaſti me in conſpectu tuo in eternum.
Benedictus dominus deus iſrael a ſeculo:& in
ſeculum fiat fiat.
Requiē eternā.ān. Sana dn̄e animā meā quia
peccaui tibi.ān. Sitiuit. Pſalmus.
QVemadmodū deſiderat ceruus ad fontes
aquarū:ita deſiderat aīa mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum:
quando veniam & apparebo ante faciē domini
Fuerūt michi lachryme mee panes die ac no-
cte dū dicitur michi quotidie vbi eſt deus tuus.
Hec recordatus ſum & effudi in me aīam meā:
quoniam trāſibo in locum tabernaculi admira-
bilis vſq; ad domum dei.
In voce exultationis & confeſſionis ſon⁹ epu-
lantis. uare triſtis es anima mea:& quare cō
turbas me.
Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi
ſalutare vultus mei & deus meus.
d meipſum anima mea conturbata eſt pro-
pterea memor ero tui de terra iordanis: & her-
monij a monte modico.
byſſus abyſſum inuocat:in voce catharacta-
rum tuarum.
Via excelſa tua & fluct⁹ tui:ſup̱ me trāſierunt.
In die mandauit dominus miſericordiā ſuam
& nocte canticum eius.
Apud me oratio deo vite mee:dicam deo ſu-
ſceptor meus es.
uare oblitus es mei & quare contriſtatus in-
cedo:dum affligit me inimicus.
ū confringuntur oſſa mea exprobrauerunt

michi:qui tribulant me inimici mei.
Dum dicunt michi per ſingulos dies vbi eſt deus tuus: quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me.
Spera in deo qm̄ adhuc confitebor: illi ſalutare vultus mei & deus meus. Requiē eternā. ān. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciē dn̄i. ℣. Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi. ℞. Et animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. Pater noſter. Et ne nos. Lectio ſeptima.
Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur & ſolum michi supereſt ſepulchrum. Non peccaui: & in amaritudinibus moraſ oculus meus. Libera me dn̄e & pone me iuxta te: & cuiuſuis manus pugnet cōtra me. Dies mei trāſierunt cogitationes mee: diſſipate ſunt torquētes cor meū. Noctem verterūt in diē: & rurſum poſt tenebras ſpero lucē. Si ſuſtinuero infernus dom⁹ mea eſt: & in tenebris ſtraui lectulū meū. Prutredini dixi. Pater meus es mater mea & ſoror mea vermib⁹. Vbi eſt ergo nūc preſtolatio mea & patientia mea tu es dn̄e deus meus. ℞m. Peccantē me quotidie & non me penitētem timor mortis cōturbat me. Quia in inferno nulla eſt redēptio: miſerere mei & ſalua me. ℣⁹. Deus in nomine tuo ſaluum me fac dn̄e: & in virtute tua libera me. Quia in inferno. Lectio octaua.
Pelli mee conſumptis carnibus adheſit os meū & derelicta ſunt tātūmodo labia circa dentes meos. Miſeremini mei: miſeremini mei ſaltem vos amici mei: quia man⁹ dn̄i tetigit me. Quare perſequimini me ſicut deus: & carnibus meis ſaturamini? Quis michi tribuat vt ſcriban

tur ſermones mei? Quis michi det vt exarentur in libro ſtillo ferreo aut plumbi lamina vel celte ſculpantur in ſilice. Scio eñi ꝙ redemptor meꝰ viuit: & in nouiſſimo die de terra ſurrecturꝰ ſum & rurſum circũdabor pelle mea & in carne mea videbo deum ſaluatorem meum. Quem viſurus ſum ego ipſe & oculi mei cõſpecturi ſunt: & nõ alius. Repoſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo. ℟. Domine ſecundũ actum meũ noli me iudicare: nichil dignũ in conſpectu tuo egi: ideo de ꝑcor maieſtatẽ tuam. Vt tu deus deleas iniquitatem meã. ℣. Amplius laua me dñe ab iniuſtitia mea & a delicto meo munda me. Vt tu. Lc̃tõ nona.

Qvare de vulua eduxiſti me: qui vninã cõſumptus eſſem: ne oculus me videret. Fuiſſem quaſi nõ eſſem de vtero trãſlatus ad tumulum. Nunquid nõ paucitas dierum meorũ finietur breui? Dimitte ergo me domine vt plangã paululũ dolorem meũ anteꝗ vadã & nõ reuertar ad terrã tenebroſam & opertam mortis caligine. Terram miſerie & tenebrarũ vbi vmbra mortis & nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitans. ℟. Libera me dñe de vijs inferni qui portas ereas confregiſti & viſitaſti infernum & dediſti eis lumen vt viderent te. Qui erãt in penis tenebrarũ. ℣. Clamantes & dicentes aduenisti redemptor noſter. Qui erant. ℣. Requiẽ eternã dona eis dñe: & lux perpetua luceat eis. Qui erant. ℟. Libera me dñe de morte eterna in die illa tremẽda. Quãdo celi mouẽdi ſunt & terra. Dũ veneris iudicare ſeculũ per ignem. ℣. Tremens factus ſum ego & timeo dum diſcuſſio venerit atqꝫ ventura ira. Qñ celi. ℣. Dies illa dies ire calamitatis & miſerie dies magna & amara

valde. Dũ veneris iudicare. Requiem eternam.
℟m. Libera me domine de morte eterna.&c.

In laudibus. ãn. Exultabunt. Pſalmus.

Miſerere mei deus ſecundum magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundum multitudinem miſerationũ tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui & malũ corã te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas cum iudicaris

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatẽ dilexiſti incerta: & occulta: ſapientie tue manifeſtaſti michi.

Aſperges me domine hyſopo & mũdabor: lauabis me & ſuper niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudiũ & letitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me deus: & ſpiritum rectum in noua in viſceribus meis.

Ne proijcias me a facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.

Redde michi letitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertantur.

Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annũ-

ciabit laudem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem: vtiq; olocauſtis non delectaberis.
Sacrificiū deo ſpiritus contribulatus cor contritum: & humiliatum deus non deſpicies.
Benigne fac domine in bona voluntate tua ſyon: vt edificentur muri hieruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificium iuſticie oblationes: & olocauſta tunt imponēt ſuper altare tuū vitulos. Requiē eternā. ān. Exultabunt dño oſſa humiliata. ān. Exaudi. Pſalmus.
TE decet hymnus deus in ſyon: & tibi reddetur votum in hieruſalem.
Exaudi deus orationem meam: ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorum preualuerunt ſuper nos: & impietatibus noſtris tu propiciaberis.
Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti: inhabitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tue ſanctum eſt templum tuum mirabile in equitate.
Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ſpes omniū finium terre & in mari longe.
Preparans montes in virtute tua accinct⁹ potentia qui conturbas profundum maris ſonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes & timebunt qui habitāt terminos terre a ſignis tuis: exitus matutini & veſpere delectabis.
Viſitaſti terram & inebriaſti eam multiplicaſti locupletare eam.
Flumen dei repletum eſt aquis paraſti cibum illorum: quoniam ita eſt preparatio eius.
Riuos eius inebriās multiplica genimina ei⁹:

in ſtillicidijs eius letabitur germinans.
Benedices corone anni benignitatis tue:& cã
pi tui replebuntur vbertate.
Pingueſcent ſpecioſa deſerti: & exultatione
colles accingentur.
Induti ſunt arietes ouium & valles habunda
bunt frumento clamabũt eteñ hymnũ dicent.
Requiẽ. ãn. Exaudi dñe orationẽ meã ad te
omnis caro veniet.ãn. Me ſuſcepit. Pſalmus.
Deus deus meus:ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea: q̃ multipliciter
tibi caro mea.
In terra deſerta inuia & inaquoſa ſic in ſan-
cto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam &
gloriam tuam.
Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vi
tas:labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: & in nomine
tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe & pinguedine repleatur anima
mea:& labijs exultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui ſuper ſtratum meum in ma
tutinis meditabor in te:quia fuiſti adiutor meꝰ.
Et in velamento alarum tuarum exultabo ad
heſit aĩa mea:poſt te me ſuſcepit dextera tua.
Ipſi vero in vanum queſierũt animam meam
introibunt in inferiora terre tradentur: in manꝰ
gladij partes vulpium erunt.
Rex vero letabit̃ in deo laudabunt̃ oẽs qui iu
rant in eo, quia obſtructũ eſt loquentiũ iniqua.
Deus miſereatur noſtri & benedicat nobis:illu
minet vultũ ſuũ ſuper nos & miſereatur noſtri.
Ut cognoſcamus in terra viam tuam:in omni
bus gentibus ſalutare tuum.

onfiteantur tibi populi deus: confiteantur
tibi populi omnes.
etentur & exultent gentes quoniam iudicas
populos in equitate:& gentes in terra dirigis.
onfiteantur tibi populi deus confiteant̄ tibi
populi omnes terra dedit fructum ſuum.
enedicat nos deus deꝰ noſter benedicat nos
deus & metuant eum omnes fines terre.
equiē eternam.ān. Me ſuſcepit dextera tua
domine.ān. A porta inferi. Pſalmus.
Go dixi in dimidio dierum meorum: vadā
ad portas inferi.
ueſiui reſiduum annorum meorum dixi nō
videbo dominum deum in terra viuentium.
ō aſpiciā hominē vltra & habitatorē quietis
eneratio mea ablata eſt & cōuoluta eſt a me
quaſi tabernaculum paſtorum.
reciſa eſt velut a texente vita mea dū adhuc
ordirer ſuccidit me/ de mane vſqꝫ ad veſperam
finies me.
perabam vſqꝫ ad mane quaſi leo ſic contri-
uit omnia oſſa mea.
e mane vſqꝫ ad veſperā finies me: ſicut pullꝰ
hyrundinis ſic clamabo meditabor vt colūba.
ttenuati ſunt oculi mei: ſuſpiciētes in excelſo
ñe vim patior reſponde ꝓ me quid dicam
aut quid reſpondebit michi cum ipſe fecerim.
ecogitabo tibi omnes annos meos: in amari
tudine anime mee.
omine ſi ſic viuitur & in talibus vita ſpiritꝰ
mei corripies me & viuificabis me: ecce in pace
amaritudo mea amariſſima.
u autē eruiſti aīam meam vt non proieciſti:
poſt tergum tuum omnia peccato mea.

Quia non infernus cōfitebitur tibi neqꝫ mors laudabit te: non expectabunt qui deſcēdunt in lacum veritatem tuam.

Viuens viuēs ipſe cōfitebitur tibi ſicut & ego hodie pater filijs notam faciet veritatem tuam.

Dñe ſaluū me fac & pſalmos noſtros cantabimus cūctis diebus vite noſtre in domo domini.

Requiē eternā.ān. A porta inferi: erue domie aīas eorum.ān. Omnis ſpiritus. Pſalmus.

Laudate dñm de celis: laudate eū in excelſis

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum ſol & luna: laudate eum omnes ſtelle & lumen.

Laudate eum celi celorum & aque que ſuper celos ſunt laudent nomen domini.

Quia ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt.

Statuit ea in eternum & in ſeculū ſeculi: preceptum poſuit & non preteribit.

Laudate dñm de terra: dracones & oēs abyſſi

Ignis grando nix glacies ſpiritus procellarū: que faciunt verbum eius.

Montes & oēs colles: ligna fructifera & oēs cedri. Beſtie & vniuerſa pecora: ſerpentes & omnes volucres pennate.

Reges terre & omnes populi: principes & omnes iudices terre.

Iuuenes & virgines ſenes cū iuniorībꝰ laudēt nomē domini: quia exaltatū eſt nomē eiꝰ ſoliꝰ.

Confeſſio eius ſuper celum & terram: & exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis eius: filijs iſrael populo appropinquanti ſibi.

Antate domino cāticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum.

etetur iſrael in eo qui fecit eum:& filie ſion exultent in rege ſuo.

audent nomen eius in choro in tympano & pſalterio pſallant ei.

uia beneplacitum eſt domino in populo ſuo & exaltauit manſuetos in ſalutem.

xultabunt ſancti in gloria/letabuntur in cubilibus ſuis.

xultationes dei in gutture eorum / & gladij ancipites in manibus eorum.

d faciendam vindictam in nationibus/increpationes in populis.

d alligandos reges eorum in compedibus/ & nobiles eorum in manicis ferreis.

t faciant in eis iudicium conſcriptum / gloria hec eſt omnibus ſanctis eius.

Audate dominum in ſanctis eius / laudate eum in firmamento virtutis eius.

audate eum in virtutibus eius/laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

audate eum in ſono tube / laudate eum in pſalterio & cythara.

audate eum in tympano & choro / laudate eum in cordis & organo.

audate eum in cymbalis beneſonantibus/ laudate eum in cymbalis iubilationis omnis ſpiritus laudet dominum. equiem eternam. ān. Omnis ſpiritus laudet dominū. ℣. Audiui vocē de celo dicentem michi. ℟. Beati mortui qui in domino moriuntur. ān. Ego ſum. Pſalmus.

Enedictus dominus deus iſrael / quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſue.

t erexit cornu ſalutis nobis/in domo dauid pueri ſui.

icut locutus eſt per os ſanctorum / qui a ſeculo ſunt prophetarum eius.

alutem ex inimicis noſtris/ & de manu omnium qui oderunt nos.

d faciendam miſericordiam cum patribus noſtris/& memorari teſtamenti ſui ſancti.

uſiurandum quod iurauit ad abraham patrem noſtrum/daturum ſe nobis.

t ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi.

n ſanctitate & iuſtitia coram ipſo/omnibus diebus noſtris.

t tu puer propheta altiſſimi vocaberis/preibis enim ante faciem domini parare vias eius.

d dandam ſcientiam ſalutis plebi eius in remiſſionem peccatorum eorum.

er viſcera miſericordie dei noſtri/ in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

lluminare his q̄ in tenebris & in vmbra mortis ſedēt/ad dirigēdos pedes nr̄os in viā pacis.

equiē. ān. Ego ſum reſurrectio & vita q̄ credit ī me etiā ſi mortu⁹ fuerit viuet:& oīs qui viuit & credit in me nō morietur in eternū. Pater noſter. Et ne nos. p̄ e ꝑfundis. vt ſupra. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dn̄e aīas eorū. Oratio.

eus qui īter apl̄icos e⁹ venie lar. vt ſup.

Ideliū deus oīm cōditor & redēptor aīab⁹ famulorū famularūq̄ȝ tuarū remiſſionē cunctorū tribue pc̄tōrū: vt indulgētiam quā ſemp̄ optauerūt pijs ſupplicationib⁹ cōſequant̄. Qui.

Sequuntur ſuffragia plurimorū ſc̄tōrū & ſanctarum. Et primo. De ſanctiſſima trinitate.




Sancta trinitis vnus deus:miſerere nobis. ān.
Te inuocamus:te adoramꝰ:te laudamus:te glo=rificamus/o beata trinitas. ℣. Sit nomē domini benedictū. ℟. Ex hoc nūc & vſq; in ſclm. Or.

OMnipotens ſempiterne deus qui dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei eter=ne trinitatis gloriā agnoſcere & in potētia ma=ieſtatis adorare vnitatem q̄s vt eiuſdē fidei fir=mitate ab omnibꝰ ſemp tueamur aduerſis. Per.

Orō ad deū patrē. Pr̄ de celis deꝰ:miſerere no.

DOmine ſancte pater omnipotens eterne deus qui coequalem conſubſtantialem & coeternum tibi ante omnia ſecula filium ineffa=biliter genuiſti cum quo atq; cum ſpiritu ſancto

ex te eodemq; filio procedente celum terram atq; omnia quecunq; exiſtus viſibilia & inuiſibilia mirabiliter creaſti tibi gratias ago/te adoro/te laudo/te benedico/teq; magnifico. Eſto queſo propiti⁹ michi miſerrimo peccatori & ne deſpicias me op⁹ manuū tuarū:ſed libera ſalua & adiuua me propter nomē ſanctum tuū. Qui.

Oratio ad deum filium.

Fili redemptor mundi deus miſerere nobis.

Domine ieſu xp̄e fili dei viui qui es ver⁹ & omp̄s de⁹ ſplēdor & ymago patris & vita eterna cui eſt vna cū eterno patre & ſpiritu ſc̄tō equalis honor eadē gl̄ia coeterna maieſtas vna ſubſtātia:tibi gratias ago/te adoro/te laudo/te benedico/ teq; glorifico. Ne me q̄ſo perire paciaris:ſed libera ſalua & adiuua me ꝓpter nomē ſc̄tm̄ tuū. Qui.

Oratio ad ſpiritum ſanctū.

Spiritus ſancte deus: miſerere nobis.

Domine ſpiritus ſancte deus qui coequalis conſubſtantialis & coeternus patri & filio exiſtens & ab eis ineffabiliter procedens quinq; ſuper eūdem dominum noſtrum ieſum chriſtu in columbe ſpeciei & ſupra ſanctos diſcipulos ſuos in liguis igneis deſcēdiſti: tibi gratias ago: te adoro:te laudo: te benedico: teq; glorifico. Repelle a me queſo tenebras toti⁹ iniquitatis & perfice & accende in me lumē miſericordie tue & ignem ſanctiſſimi amoris tui. Qui viuis & re.

De ſancta facie domini.

Salue ſancta facies noſtri redemptoris in qua nitet ſpecies diuini ſplendoris impreſſam paniculo niuei candoris: dataq; veronice ſignum ob amoris. Salue decus ſeculi:ſpeculum ſanctorum q̄ videre cupiunt ſpiritus celorum: nos ab

omni macula purga viciorum:atꝗ non conſortio iunge beatorum. Salue noſtra gratia in hac vita dura labili ac fragili cito tranſitura:nos perduc ad patriam o felix figura ad videndum faciem chriſti mente pura. Eſto nobis queſumus verum adiuuamen dulce refrigerium atꝗ conſolamen:vt nobis non noceat hoſtile grauamē: ſed fruamur requie omnes dicant. ℣. Adoramꝰ te chriſte & benedicimus tibi. ℟. Quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundum. Oratio

DEus qui nos famulis tuis lumine vultus tuis ſignatis ad inſtantiam veronice ymaginem ſudario impreſſam relinquere voluiſti: per paſſionem & crucem tuam tribue queſumus vt ita nunc in terris per ſpeculum in enigmate venerari & adorare teipſum valeamus vt tunc facie ad faciem ſuper nos iudicem ſecuri videamus te chriſtum dominum noſtrum. Amen.

De ſancto michaele. an̄.



Michael archāgele paradiſi prepoſite veni in adiutoriū pp̄lo dei & velis nos defendere a poteſtate inimici & tecū ducere in ſocietatē dn̄i. ℣. In cōſpectu angelorū pſallam tibi deus meꝰ. ℟. Adorabo ad templum ſanctum tuum & confitebor nomini tuo. Oratio.

DEus qui miro ordine āgelorū miniſteria hominūꝗ diſpenſas concede ꝓpicius:vt quibus tibi miniſtrātibus in celo ſemꝑ aſſiſtitur ab his in terra vita noſtra muniaturtur. Per do.

De ſancto Iohanne baptiſta.ān.



Inter natos mulierum non ſurrexit maior iohāne baptiſta. ℣. Fuit hō miſſ⁹ a deo. ℞. Cui nomen erat iohannes.

Reſta q̄s oīpotens deus: vt familia tua ꝑ viā ſalutis incedat vt btī iohānis ꝑcurſoris xp̄i hortamēta ſectando ad eū quē predixit ſecura perueniat ſempiterna. Dominum noſtrum ieſum.

De ſctō iohāne euāgeliſta.ā. Iohānes apl'us & euāgeliſta ꝟgo elect⁹ eſt a dño atq̄ ĩter ceteros magis dilect⁹. ℣. Valde honorād⁹ eſt btūs iohānes. ℞. Qui ſupra pect⁹ dñi ĩ cena recubuit.

ECcleſiā tuā q̄s dñe benignus illuſtra: vt btī iohānis apl'i tui & euāgeliſte illuminata doctrinis ad dona perueniat ſempiterna. Per do.

De ſanctis petro & paulo.ān.



Petrus apoſtol⁹ & paulus doctor gentiū ipſi nos docuerūt legē tuā dñe. ℣. In omnē terrā exiuit ſon⁹ eorū. ℞. Et in fines orbis terre verba eorum. Oratio.

DEus cui⁹ dextera beatū petrum apoſtolū ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit & coapo=

ſtolū eius paulum tertio naufragantem de pro=
fundo pelagi liberauit: exaudi nos propicius &
concede: vt amborum meritis eternitatis glo=
riam conſequamur. Per dominum noſtrum.

De ſancto iacobo. ān.



Lux & decus hyſpanie
o iacobe ſanctiſſime ſub
leuator oppreſſorū ſuf=
fragiū viatorū qui iter
apoſtolos primus mar=
tyr laureatꝰ obtines pri
matū. O ſingulare pre=
ſidiū tuorū benignꝰ ex
audi vota ſeruorū & in
tercedas ꝓ noſtrā oim=
qȝ ſalute. ℣. Ora ꝓ no=
bis btē iacobe. ℟. Vt di
gni efficiamur promiſſionibus chriſti. Oratio.

ESto domine plebi tue ſanctificator & cuſtos
vt apoſtoli tui iacobi munita preſidijs: &
conuerſatione tibi placeat & ſecura deſeruiat.
Per dominum noſtrum.

De omnibus apoſtolis. ān.

Dum ſteteritis ante reges & preſides nolite co=
gitare qualiter reſpondeatis: dabitur enim vo=
bis in illa hora quid loquamini. ℣ſꝰ. In omnem
terram exiuit ſonus eorum. ℟. Et in fines orbis
terre verba eorum. Oratio.

COncede queſumus omnipotens deus vt ſi=
cut apoſtolorum tuorum N. & N. iugiter
commemorationem agimus ſic ad tua benefi=
cia promerenda maieſtatem tuam ipſi pro no=
bis exorent. Per dominum noſtrum.

De ſancto ſtephano. ān.



Stephanus plenus grā & fortitudine faciebat prodigia & ſigna ma= gna in pplo. ℣. Iuſtus germinabit ſicut liliū. ℟. Et florebit i eternū ante dominū. Oratio.

OMnipotēs ſempiterne deꝰ qui primitias martyrū in bti leuite ſtephani ſanguie dedicaſti: tribue q̄s vt ꝓ nobis iterceſſor exiſtat q ꝓ ſuis ꝑſecutoribus exorauit dn̄m nr̄m ieſum xp̄m filiū tuū. Qui.

De ſancto laurentio. an̄.

Leuita laurētius bonū opus operatꝰ eſt qui ꝑ ſignū ctucis cecos illuminauit. ℣. Diſperſit dedit pauperibꝰ. ℟. Iuſticia eiꝰ manet i ſclm ſcli. Orō

DA nobis q̄s ops̄ deꝰ viciorū noſtrorū flā= mas extiguere q btō laurētio martyri tuo tribuiſti tormentorū ſuorū incēdia ſuperare. ꝑ.

De ſancto chriſtoforo. an̄.



Sācte chriſtofore martyr dei precioſe rogo te ꝑ nomē xp̄i creato= ris tui: & ꝑ illud prero= gatiuū quod tibi cōtulit qn̄ nomen ſuum tibi ſoli impoſuit te depre= cor in noie patris & fi= lij & ſpūs ſcti: & ꝑ gra= tiā quā accepiſti vt er= ga deū & ſanctā eiꝰ ge itricem michi famulo

tuo.N.ſis ꝓpicius peccatori: quatenus tuo pio interuētu facias me vincere oēs qui cogitāt michi mala: & ꝑ illud leue onꝰ quod eſt xps quod trāſmarinū flumē in humeris tuis feliciter portare meruiſti alleuiare dignare p̄ſentes meas angustias paupertates tribulationes malas & peruerſas machinationes fraudulētas cōſpirationes mēdacia falſa teſtimonia occulta ſiue aperta cōſilia & alia q̄ contra honorē meū cogitantādo vel conſpirādo veritatis emuli michi ſeruo tuo inferre conātur: vt vita comite & ſaluo honore tecū gaudere valeā in ſecula ſeculorum. Amen. ℣. Ora ꝓ nobis beate chriſtofore. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus chriſti. Oratio.

Deus qui beatū chriſtoforū martyrē tuum virtute conſtantie in paſſione roboraſti: quiq; vnigenitū tuū dn̄m noſtrū ieſum xp̄m in ſuis humeris mirabiliter portare voluiſti: cōcede ꝓpicius: vt qui eius cōmemorationē agimus ipſius meritis ad regna celeſtia peruenire mereamur. Per. De ſctō ſebaſtiano. an̄.



O q̄ mira refulſit gratia ſebaſtianus martyr inclytus qui militis portans īſignia ſed de fratrum palma ſolicitꝰ cōfortauit corda tremētia verbo ſibi collato celitꝰ. ℣. Ora ꝓ nobis btē martyr ſebaſtiane. ℟. Vt mereamur peſtē epydimie illeſi pertrāſire & promiſſionem chriſti obtinere. Oratio.

Deus qui beatū ſebaſtianū martyrē tuū in tua fide & dilectione tā ardenter ſolidaſti vt nullis carnalib⁹ blandimētis nullis tyrānorū minis nulliſqȝ carnificū gladijs ſiue ſagittis aut tormētis a tua cultura potuit reuocari: da nobis miſeris pctōrib⁹ dignis ei⁹ meritis & interceſſionib⁹ in tribulatiōe auxiliū in ꝑſecutione ſolatiū & in oī tp̄e cōtra peſtē epydimie remediū quatin⁹ poſſim⁹ contra oēs diabolicas inſidias viriliter dimicare mundum & ea q̄ in eo ſunt deſpicere & nulla eius aduerſa formidare vt ea que te inſpirante deſideram⁹ valeam⁹ obtinere. Per.

De pluribus martyribus. ān. Iſti ſunt ſcī qui ꝓ dei amore minas hoīm contēpſerūt ſcī martyres ī regno celorū exultāt cū angelis. O q̄ precioſa eſt mors ſctōrū q aſſidue aſſiſtūt āte dn̄m & ab inuicē nō ſunt ſeparati. ℣. Exultēt iuſti in cōſpectu dei. ℟. Et delectantur in leticia. Orō.

Deus q nos cōcedis ſctōrū martyrū tuorū N & N ſuffragijs adiuuari: da nobis ī eterna beatitudine de eorū ſocietate gaudere. Per.

De ſancto nicolao. ān.



Amic⁹ dei nicola⁹ pōtificali decoratus infula oībus ſe amabilē exhibuit. ℣. Ora ꝓ nobis btē nicolae. ℟. Vt digni efficiamur ꝓmiſſionibus xp̄i. Oratio.

Deus q beatū nicolaū pontificē tuū innumeris decoraſti miraculis tribue nobis q̄s: vt ei⁹ meritis &

precibus a gehēne incendijs liberemur. Per do=
minum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum.

De ſancto claudio. ān.



O deſolatorū conſola
tor captiuorū libera=
tor & reſurrectio mor
tuorū: lumē cecorum
auditus ſurdorū mu=
torū eloquium tutor
naufragātiū impoten
tiū & languidorū ſa=
nator medicine refu=
giu via errantium ſalus omniū in te ſperātium.
Beate claudi benigne cōfeſſor dei ora deū pro
nobis qui te tot & tantis illuſtrauit ſuffragijs nā
pro tua ſanctiſſima vita quam tam pie & deuote
geſſiſti in hac valle miſerie vana huiꝰ ſeculi ſper
nendo & celeſtia ſectando: pro tuis meritis ad
ſuperna polorum gaudia teipſum collocauit in
numeris decoraſti miraculis: beate claudi glo=
rioſe confeſſor dei implora apud deum pro no
bis auxilium. ℣. Ora pro nobis beate claudi. ℞.
Vt digni efficiamur ꝓmiſſionibus xp̄i. Oratio.

DEus qui beato claudio glorioſo confeſſo=
ri tuo atq; pontifici tantā gratiam & bea=
titudinem conferre dignatus es qꝰ per illā fere
totus orbis chriſtianorum pro ſuis neceſſitati=
bus ad ipſum affluit & quicunq; eum pie & de=
uote queſierit deſolatus non remanebit: da no=
bis queſumus domine iuſta deſideria poſtulare
vt iuſta poſtulauerimus ſuis meritis & interceſ=
ſione apud te iugiter valeamus obtinere. Per
dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuū.

De ſancto anthonio. ān.



Anthoni paſtor inclite qui cruciatos reficis morbos ſanas & repēte ignis calorem extinguis pie pr̄ ad dn̄m ora ꝓ nobis miſeris. ℣. Ora ꝓ nobis beate pater anthoni. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus chriſti. Oratio.

Deus qui nos cōcedis obtētu beati āthoni cōfeſſoris tui morbidū ignē extinguis & mēbris egris refrigeria preſtari: fac nos q̄s ipſiꝰ meritis & precibus a gehēne incēdijs liberatos integros mēte & corpore tibi feliciter p̄ſentari. Per dominum. De ſancto rocho. ān.



Aue roche ſanctiſſime nobili natus ſanguine: crucis ſignaris ſcemate ſiniſtro tuo latere roche pegre ꝓfectꝰ peſti fere curas tactus egros ſanas mirifice tāgēdo ſalutifere. Vale roche angelice vocis citatus famine: q potēs es deifice a cūctis peſtē pellere. ℣. Ora ꝓ nobis btē roche. ℟. Vt mereamur preſeruari a peſte. Oratio

Deus qui btō rocho p angelū tuū tabulā eidē afferentem ꝓmiſiſti: vt qui ipſum pie inuocauerit a nullo peſtis cruciatu lederet̄: preſta q̄s: vt qui eiꝰ memoriā agimꝰ meritis ipſiꝰ a mortifera peſte corporis & anime liberemur. p.

De ſancta anna. ān.



Celeſte beneficium introiuit in annā ꝑ quā nobis nata eſt maria virgo. ℣. Ora ꝓ nobis beata anna. ℟. Vt digni efficiamur ꝓmiſſionibus xp̄i. Oratio.

Deus qui btē āne tantā gratiā donare dignatus es q̄ beatiſſima matrē tuā in ſuo glorioſiſſimo vtero portare meruit: da nobis ꝑ interceſſionē matris & filie tue propiciationis abundātiam: vt quarum commemorationē pio amore amplectimur earum precibus ad celeſtē patriam peruenire valeamus. Per dominum.

De ſancta maria magdalena. ān.



Maria ergo vnxit pedes ieſu & exterſit capillis ſuis: & domꝰ impleta eſt ex odore vnguēti. ℣. Dimiſſa ſunt ei pctā multa. ℟. Qm̄ dilexit multū. Oratio

Largire nobis clemētiſſime pater q̄ ſicut beata maria magdalena dominum noſtrū ſuper omnia diligēdo ſuorum obtinuit veniam peccaminū: ita nobis apud tuam miſericordiā ſempiternam impetret beatitudinem. Per do.

De ſancta katherina. ān.

Virgo ſancta katherina grecie gemma vrbe alexandrina coſti regis erat filia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternum. Oratio.



DEus qui dediſti legē moyſi i ſummitate mōtis ſinay: & in eodē loco corp⁹ btē katherie virgis & martyris tue p ſctōs angelos tuos mirabiliter collocaſti: tribue q̄s: vt ei⁹ meritis & interceſſione ad montē qui chriſtus eſt valeamus peruenire. Per dominum noſtrū.

De ſancta margareta. ān.

Virgo glorioſa xp̄i margareta virgū gēma precioſiſſima virtute ſupernorū clara audi preces noſtras corā te fuſas: fac nos iūgi eternali choro precibus ergo tuis adeſto calamitatibus noſtris quibus vndiq; premimur. ℣. Ora ꝓ nobis beata margareta. ℟. Vt digni efficia. Oratio.

DEus qui beatā margaretā virginem tuam ad celos per martyrij palmā peruenire feciſti: concede nobis queſumus: vt eius exempla ſectantes ad te venire mereamur. Per dominū.

De ſancta barbara. ān.



Gaude barbara beata ſumme pollens in doctrina angeli myſterio Gaude virgo deo grata q̄ baptiſtam imitata es in vite ſtadio. Gaude cū te viſitauit xp̄s vita & curauit plagas actu proprio. Gaude quia meruiſti īpetrare quod petiſti dāte dei filio. Gaude nāq; eleuata

es in celo & delata nobili martyrio. Te laudan-
tem familiam trahe poſt te ad gloriã finito exi
lio. ℣. Ora ꝓ nobis beata barbara. ℟. Vt digni
efficiamur promiſſionibus xp̃i. Oratio.

INterceſſio q̃s dñe beate barbare virginis &
martyris tue ab oĩ aduerſitate nos ꝓtegat: vt
per eius interuentũ glorioſiſſimũ ſacro ſc̃ti cor-
poris & ſanguinis dñi noſtri ieſu xp̃i ante diem
exitus noſtri per veram penitentiam & puram
confeſſionem percipere mereamur. Per dñm.

De ſancta genouefa. ãn.



O felix ãcilla dei nos
pondere preſſos exo-
nera & feſſos morda-
cib⁹ exue culpis ethe-
ris vt pateat te ſuppli
ce ianua nobis. ℣ſus.
Ora pro nobis beata
genouefa. ℟. Vt di-
gni efficiamur. Or̃o.

MItiſſime deus miſerere peccantibus & in-
tercedente beata virgine genouefa ſalutẽ
mentis & corporis nobis tribue ac bene viuere
& ſecure mori concede. Per dñm noſtrum.

Sequũtur ſeptem orationes ſancti gregorij.

O Domine ieſu xp̃e adoro te in cruce pen-
dentẽ & coronã ſpineã in capite portan-
tem: deprecor te vt tua crux liberet me ab an-
gelo percutiente. Pater noſter. Aue maria.

O dñe ieſu xp̃e adoro te in cruce vulneratum
felle & aceto potatũ: deprecor te vt tua vulnera
ſint remediũ anime mee. Pater noſter. Aue m.

O domine ieſu xp̃e deprecor te per illã amari
tudinem quam pro me miſerrimo peccatore ſu-

ſtinuiſti in cruce maxime quando nobiliſſima anima tua egreſſa eſt de corpore tuo miſerere anime mee ī egreſſu ſuo. Pater noſter. Aue ma.

O domine ieſu xp̄e adoro te in ſepulchro poſitum myrrha & aromatibus conditū deprecor te vt tua mors ſit vita mea. Pater noſter. Aue.

O domine ieſu xp̄e adoro te deſcenentem ad inferos liberantēq; captiuos deprecor te ne permittas me illuc introire. Pater noſter. Aue ma.

O domine ieſu chriſte adoro te reſurgentem a mortuis & ad celos aſcendentem ſedētemq; ad dexteram dei patris: deprecor te miſerere mei. Pater noſter. Aue maria.

O domine ieſu chriſte paſtor bone iuſtos conſerua peccatores iuſtifica: & omnibus fidelibus defunctis miſerere & propicius eſto miſerrimo peccatori. Pater noſter. Aue maria.

Oratio deuotiſſima ad beatā virginē mariā.



OBſecro te dn̄a ſctā maria mr̄ dei pietate pleniſſima ſummi regis filia: mr̄ glorioſiſſima mr̄ orphanorū cōſolatio deſolatorū via errantiū ſolus oīm in te ſperantiū. Virgo ante partū virgo in partu & virgo poſt partū. Fons mīe: fons ſalutis & gratie: fons conſolationis & indulgētie: fons pietatis & letitie. Per illā ſanctā ineffabilē letitiā q̄ exultauit ſpūs tu⁹ in illa hora qn̄ tibi p gabrielem archāgelū ānūciat⁹ & cōcept⁹ fili⁹ dei fuit. Et p illud diuinū myſteriū q tunc operat⁹ eſt in te ſpūs ſanctus. Et per illā ineffabilē gratiā pietatē miam charitatē & humilitatē: p quas filius tuus diſcē-

dit accipere humanam carnē in venerabiliſſimo vtero tuo. Et in quib⁹ te reſpexit qñ te cōmen dauit ſctō iohanni aplo & euangeliſte: & qñ te exaltauit ſup choros angelorū. Et p illā ſanctā ineffabilē humilitatē in qua tu reſpōdiſti archā-gelo gabrieli. Ecce ancilla dñi: fiat michi ſecū-dū verbum tuū. Et p glorioſiſſima quindecim gaudia q̄ habuiſti de filio tuo dño noſtro ieſu xp̄o. Et per illā ſanctā & maximā compaſſionē & acerbiſſimū cordis dolorē quē habuiſti qñ filiū tuū dñm noſtrū ieſum xp̄m ante crucem nudatū & in ipſa leuatū vidiſti pēdentē crucifixū vulneratū ſitientē fel apponi clamantē audiſti & morientē vidiſti. Et p quinq; vulnera filij tui & per contractionē viſceru tuorū pre nimio dolore vulnerū ſuorū. Et p dolorē quem habuiſti qñ vidiſti eū vulnerari: & p fontes ſanguinis ſui & p oēm paſſionē ei⁹: & per oēm dolorē cordis tui: & per fontes lachrymarū tuarū vt cū oibus ſctis & electis dei venias & feſtines in auxiliū & conſilium meū in oibus orationib⁹ & requeſtis meis: & in oibus anguſtijs & neceſſitatib⁹ meis. Et in oibus illis rebus in quib⁹ ego ſum factur⁹ locuturus aut cogitatur⁹ oibus dieb⁹ ac noctib⁹ horis atq; mometis vite mee. Et michi famulo tuo impetres a dilecto filio tuo virtutū oim cō-plemētum cum oi mīa & cōſolatione: oi cōſilio & adiutorio: oi benedictione & ſctificatione / oi ſaluatione pace & pſperitate: oi gaudio & ala-critate. Etiā abundātiam oim bonorū ſpiritua-liū & corporaliū: & gratiā ſcti ſpūs qui me bene p oia diſponat: aiam meā cuſtodiat: corp⁹ meū regat mentē erigat mores cōponat act⁹ probet vota & deſideria mea pficiat: cogitationes ſan-

ctas inſtituat: preterita mala indulgeat: preſentia emendet & futura moderetur. Vitã honeſtã & honorabilẽ michi tribuat: fidẽ ſpem: caritatẽ caſtitatẽ humitatem & patientiã michi preſtet. Quinq; ſenſus corporis mei regat & protegat: ſeptem opera mĩe complere me faciat. Duodecim articulos fidei & decẽ precepta legis firmiter tenere & credere me faciat. Et a ſeptem peccatis criminalib⁹ me liberet & defendat vſq; in finẽ. Et in nouiſſimis diebus meis oſtẽde michi faciem tuã & annuncies michi diẽ & horam obitus & mortis mee. Et hanc orationem ſupplicẽ ſuſcipias & exaudias & vitam eternam michi tribuas. Audi & exaudi me dulciſſima ꝟgo maria mater dei & miſericordie. Amen.

Oratio dicenda die ſabbati ad honorem intemerate dei genitricis Marie.

Miſſus eſt gabriel angelus ad mariam virginem deſponſatam ioſeph nuncians ei verbum. Aue maria gratia plena dominus tecum. Miſſus eſt gabriel angelus ad mariã virginem deſpontã ioſeph nuncians ei verbum. Aue maria gratia plena dñs tecũ. Miſſus eſt gabriel angelus ad mariam virginẽ deſponſatã. Aue maria. Imperatrix reginarum. dñs tecũ. Laus ſanctarum animarum. d. t. Vera ſaluatrix earũ. d. t. Excellentiſſima regina celorum. do. te. Veneranda domina angelorum. d. t. Omnium plena virtutũ. d. t. Flos florum. d. te. Lilium conualiũ. do. te. Mediatrix dei & hominũ. do. te. Indeficiens gaudium. do. te. Roſa ſine ſpina. do. te. Stella matutina. do. t. Virgo dei inuiolata. d. t. Virgo innupta. d. t. Virgo dei intacta. d. t. Virgo incorrupta. d. t. Virgo deo grata. d. te. Virgo

ante partum.do.te.Virgo in partu.d.te.Virgo
poſt partum.do.te. Splendor inextinguibilis.
do.te.Virgo ineſtimabilis.do.te.Virgo immar
ceſſibilis vitis.do.te.Vua germinans.do.t.Vir=
go incomparabilis.do.te.Virgo cui non eſt nec
erit ſimilis.do.te. Virgo ſpecioſa.do.te. Virgo
generoſa.do.te.Virgo pulchra.do. t. Fons mi
ſericordie cum omni copia. do. te. Virgo exi=
mia.do.te. Virgo pia. do.te. Virgo mater ſine
ruga.do.te.Virgo dulcis maria.do.te. Laus ꝓ=
phetica.do.te.Salomonis fabrica. do.t. Mater
dei & virgo vnica dei filia.do. te. Laus habita=
tionis glorie dei.do.te.Ortus concluſus.do.te.
Fons ſignatus. d.te. Aque viue puteus.dñs te.
Paradiſus cum pomorum fructibus.do.t. Ven=
ter rore celeſti rigatus.do.te.Eternitatis domꝰ.
do.te.Veteris & noui teſtamenti armariũ.d.te.
Spiritus ſancti ſacrarium.do.tecũ.Que angelo
nunciante virgo concepiſti. Dictes dix fois.
Aue maria. Et puis vne fois. Que angelo. Et
puis encore dix fois. Aue maria.Vera virgo &
mater.do.tecũ.Mater dei veri & veri hominis.
do.te.Mater ieſu chriſti fili vnigeniti dei.do.t.
Mater pietatis.do.te.Mater veritatis.dñs tecũ
Mater charitatis.do.te.Decus mulierum.d.te.
Mater orphanorum.do.te. Compaſſio deſola=
torum.do.te.Compaſſio afflictorum.do.t.Via
errantium.dñs tec. Salus omnium in te ſperan=
tium.do.te. Templum domini.do.tec. Archa
dei.do.tec. Sacrarium ſpiritus ſancti. dominus
tecum. Reclinatorium ieſu chriſti. dominus te=
cum.Luminaria celi.dominus tecũ.Sponſa dei
dominus tecum. Prophetarum oraculum. do=
minus tecum.Dei vmbraculum.dominus tecũ.

Paſtoris tabernaculum. dominas tecum. Com-
pletum eſt in te conſilium. dominus tecum. Ve-
ra virgo & mater que filium dei genuiſti verum
deum & verum hominem qui angelo nunciãte
conceptus eſt. dominus tecum. Vera virgo &
m ater que filium dei genuiſti verũ deum & ve-
ru m hominem qui pro nobis in te natus eſt. do
m nus tecum. Vera virgo & mater que filiũ dei
genuiſti verum deum & verum hominem: qui
pro nobis inter vlnas ſymeonis ſanctiſſimi in tẽ
plo receptus eſt. dominus tecum. Vera virgo &
mater que filium dei genuiſti verum deum &
verum hominem: qui pro nobis ceſus eſt. domi
nus tecum. Vera virgo & mater que filium dei
genuiſti verum deum & verum hominem: qui
pro n obis clauis crucifixus eſt. dominus tecum.
Vera virgo & mater que filium dei genuiſti ve-
rum deum & verum hominem: qui pro nobis in
cruce pendens virginem matrem virgini com-
mendauit dicens. Mulier: ecce filius tuus. Dein-
de ad diſcipulum. Ecce mater tua. dominus te-
cum. Vera virgo & mater: que filium dei genui-
ſti verum deum & verum hominem qui ꝑ no-
bis in cruce pendens exclamauit dicens. Hely
hely lamazabathani. Et in inclinato capite tra
didit ſpiritum. dominus tecum. Vera virgo &
mater que filiũ dei genuiſti verum deum & ve-
rum hominem: qui pro nobis immolatus eſt. do
minus tecum. Vera virgo & mater que filiũ dei
genuiſti verum deum & verum hominem: cuiꝰ
latus lancea perforatum eſt & continuo exiuit
ſanguis & aqua in redemptionem animarũ no-
ſtrarum pro ſalute mundi ad vitã eternam. do-
minus tecum. Vera virgo & mater que filiũ dei

genuiſti verum deum & verum hominem: cuiꝰ corpus per ioſeph depoſitum eſt. dominus tecum. Vera virgo & mater que filium dei genuiſti verum deum & verum hominē cuius corpus in lintheis cū aromatibus in monumento nouo poſitum eſt. dominus tecum. Vera virgo & mater que filium dei genuiſti verum deum & verū hominem: qui pro nobis ſepultus eſt. dominus tecum. Vera virgo & mater que filium dei genuiſti verum deum & verum hominem qui deꝰ & homo tertia die reſurrexit a mortuis. dominus tecum. Vera virgo & mater que filium dei genuiſti verum deum & verum hominem: qui deus & hō primo beate marie magdalene poſtea diſcipulis apparuit. dn̄s tecum. Vera virgo & mater que filium dei genuiſti verum deum & verum hominem qui deus & homo cū peregrinis cenauit. dominus tecum. Vera virgo & mater que filium dei genuiſti verum deum & verū hominem: qui deus & homo vidētibus galileis ad celos aſcēdit. dominus tecum. Vera virgo & mater que filium dei genuiſti verum deū & verum hominem: qui deus & homo aſcēdit ſuper omnes celos: & preparauit ſue caſtiſſime matri locum immortalitatis. dominus tecū. Vera virgo & mater que filiū dei genuiſti verum deum & verum hominē: qui deus & homo ad dexteram dei ſedens ſpiritum paraclytum diſcipulis ſuis miſit. dn̄s tecū. Vera virgo & mater que filium dei genuiſti verum deum & verum hominem: qui deus & homo venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem. Oratio.

TE deprecor ergo mitiſſimam piiſſimā miſericordiſſimam caſtiſſimam ſpecioſiſſimā

dei genitricem mariam ſemper virginum gem-
mam: vt in ſancto tremendo ac terribili iudicio
in conſpectu vnigeniti filii tui cui pater dedit
omne iudicium me liberes & protegat a penis
inferni & participem me facias celeſtium gau-
diorum. Preſtante eodem domino noſtro ieſu
chriſto qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit &
regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio ſancti auguſtini deuotiſſima di-
cēda. xxxiij. diebus genibus flexis ad ob-
tinendam omnem gratiam.

Dulciſſime domine ieſu chriſte verus deꝰ:
qui de ſinu ſummi patris omnipotētis miſ-
ſus es in mundum peccata relaxare afflictos re-
dimere: in carcere poſitos ſoluere: diſperſos con
gregare: peregrinos in ſuam patriam reducere:
contritis corde miſereri: dolētes & lugentes cō-
ſolari. Dignare domine ieſu chriſte abſoluere &
liberare famulum tuum. N. de afflictione & tri-
bulatione in qua poſitus ſum: & tu domine qui
genus humanum inq̄tum homo a deo patre oī
potente in cuſtodiam recepiſti: & ex pietate tua
crudeli paſſione nobis paradiſum cum precioſo
ſanguine tuo mirabiliter mercatus es: & inter an
gelos & homines pacem feciſti. Tu domine ieſu
chriſts digneris inter me & inimicos meos ſtabi
lire & confirma concordiam & pacem & gratiā
tuā ſuper me oſtendere: & infundere miſericor-
diam tuā: & omne odium & iracū diam inimico
rum meorū quod contra me habēt digneris ex
tinguere & mitigare: ſicut iracūdiam & odium
eſau abſtuliſti quod habebat aduerſus iacob fra
trem ſuum. Ita domine ieſu chriſte ſuper me fa-
mulum tuū. N. brachium tuum & gratiam tuā

oſtendere : & me liberare digneris ab omnibus me odientibus:& tu domine ieſu chriſte ſicut li berasti abraham de manibus caldeorum:& filiũ ſuum yſaac de immolatiõe ſacrificij cum ariete/ & Iacob de manu eſau fratris ſui : & Ioſeph de manu fratrum ſuorum noe per archam diluuij/ loth de ciuitate ſodomorũ. Famulos tuos moy- ſen & aaron:& populum iſraelem de manu pha raonis:& de ſeruitute egypti : ſimiliter ſaul de monte gelboe. Dauid regem de manu ſaulis & golie gigantis. Suſannam de falſo crimine & te ſtimonio:iudich de manu holofernis. Danielẽ de lacu leonum. Tres pueros ſidrach miſach & abdenago de camino ignis ardentis:ionam de ventre ceti:& filiam cananee que erat vexata p̱ dyabolum:& adam de profundo puteo inferni cum precioſiſſimo ſanguine tuo. Et petrum de mari. Et paulũ de vinculis. Ita me famulũ tuũ. N. dulciſſime domine ieſu chriſte fili dei viui li- berare digneris:& ſuccurrere in adiutoriũ mei: quia inimici mei ſuper me faciunt & facere vo- lunt multa mala cõſilia. Ita domine ieſu chriſte euacuare digneris conſilium eorũ ſicut euacui- ſti conſiliũ Architofellis: qui conſiliatus eſt ab- ſalon cõtra dauid regem patrem ſuum: ita dñe ieſu chriſte me liberare digneris: per ſancta bñ- ficia tua:per ſanctam incarnationem tuam quã accepiſti vt homo de virgine maria: & per ſan- ctam natiuitatem tuam:per famem:per ſitim :p̱ frigus & calores : per labores & afflictiones per ſputa:per alapas:per flagella:per clauos:per lan ceã:per ſpineam coronam : per potationẽ fellis & aceti:per ſeuiſſimam mortem crucis:per ſeptẽ verba que pendens in cruce dixiſti : ſcilicet deo

patri omnipotenti : ignoſce illis : quia neſciunt
quid faciũt. Dixiſti domine latroni in cruce pẽ-
denti. Amen dico tibi:hodie mecum eris in pa-
radiſo. Dixiſti domine patri tuo . Hely hely la-
mazabathani:quod eſt interpretatũ deus meus
deus meus:vt quid dereliquiſti me . Dixiſti do-
mine matri tue : mulier/ecce filius tuus. Dein de
diſcipulo:ecce mater tua : oſtende deus curam
habere tuorum amicorum . Dixiſti domine ſi-
tio:ſcilicet ſalutẽ animarum ſanctarũ q̃ in lym-
bo fuerunt:& noſtram cupiendo. Dixiſti domi
ne patri tuo : in manus tuas domine commẽdo
ſpiritum meum. Dixiſti domine : cõſummatum
eſt:ſignificans labores & dolores quos pro no-
bis miſeris ſuſcepiſti iam finire propter hos etiã
rogo redemptor domine ieſu chriſte:vt me fa-
mulum tuum. N.cuſtodias ab hoſte maligno &
ab omni periculo:hic in preſenti & in futuro de
fende me per deſcenſionem tuam ad inferos:ꝑ
reſurrectionem tuam & frequentem diſcipulo-
rum tuorum conſolationem : per admirabilem
aſcenſionem tuam per aduentum ſpiritus ſan-
cti:per diem tremendum iudicij:per hec omnia
exaudi me domine. Et per cũcta beneficia tua
& etiam pro cunctis beneficijs tuis michi fa-
mulo tuo collatis : quia tu me feciſti ex nichilo
tu redemiſti me:tu ad fidem ſanctam tuam per
duxiſti me : & contra dyaboli tentationem me
premuniſti vitam eternam promittendo : pro-
pter iſta & omnia alia que oculus non vidit/nec
auris audiuit:nec in cor aſcendit. Rogo te dul-
ciſſime domine ieſu chriſte: vt ab omnibus pe-
riculis anime & corporis pro tua pietate & mi-
ſericordia me famulum tuum. N. nunc & ſem-

per liberare digneris. Et poſt huiꝰ vite curſum ad te deum viuum & verum me perducere digneris. Qui viuis & regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio dicenda inter eleuationem corporis chriſti & tertium. Agnus dei.

Omine ieſu chriſte qui hāc ſacratiſſimam carnem & precioſum ſanguinem de glorioſiſſimo virginis marie vtero aſſumpſiſti & eundem ſanguinem de ſacratiſſimo latere tuo in ara crucis pro ſalute noſtra effudiſti & in hac glorioſa carne a mortuis reſurrexiſti & ad celos aſcendiſti: cum eodem ſacratiſſimo corpore & iterum vēturus es iudicare viuos & mortuos in eadem carne libera nos per hoc ſacratiſſimum corpus tuum quod modo in altari per manus ſacerdotis tractatur ab omnibus immundicijs mentis & corporis: & ab vniuerſis malis & periculis corporis & anime preteritis preſentibus & futuris. Qui viuis & regnas deus. Per omnia.

Quando vis recipere corpus chriſti.

DOmine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum ſed tu domine qui didiſti: qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in eo: propiciꝰ eſto michi peccatori per ſumptionem corporis & ſanguinis tui & preſta vt non ad iudicium damnationis illud ſumam ſed miſericordia tua tribuente in ſalutem & remiſſionem peccatorū meorum. Qui viuis & regnas deus. Per omnia.

Quando recepiſti.

Era perceptio corporis & ſanguinis tui deus omnipotens non michi veniat ad iudicium neqꝫ ad condemnationem ſed ſit om=

nium peccatorum meorum optata remiſſio ani‑
me & corporis mei pia gubernatio & potẽs ad
vitam preſentem & eternam introductio. Per.

Oratio deuotiſſima pro fidelibus de‑
functis in cimiterio inhumatis.

Vete omnes anime fideles quarum corpo
ra hic & vbiqꝫ requieſcunt in puluere do‑
minus noſter ieſus chriſtus qui vos & nos rede
mit ſuo precioſiſſimo ſanguine dignetur vos a
penis liberare & inter choros ſuorum ſanctorũ
angelorum collocare ibiqꝫ noſtri memores ſup‑
pliciter exorare: vt vobis aſſociemur & vobiſ‑
cum in celis coronemur. ℣ſus. Non intres in iu‑
dicium cum animabus ſeruorum tuorum dñe.
℟. Quoniam non iuſtificabitur in cõſpectu tuo
omnis viuens. Oratio.

DOmine ieſu chriſte ſalus & liberatio fide‑
lium animarũ qui non veniſti animas per‑
dere: ſed ſaluare & dare animam tuam in redẽ‑
ptionem ꝓ multis immenſam clementiam tuã
ac ineffabilem miſericordiam tuã humiliter im‑
ploramus vt animas omnium fidelium defun‑
ctorum in penis purgatorij cruciatas miſericor‑
diter reſpicere digneris: & que iuſte pro pecca‑
tis affliguntur tua benigniſſima pietate liberen
tur: ſubueniatqꝫ illis tua miſericordia quas pre‑
cioſiſſimo ſanguine tuo redemiſti: & per merita
beatiſſime glorioſiſſime ſemperqꝫ virginis ma‑
rie & omnium ſanctorum & ſanctarum liberare
eas ab inferorum cruciatibus & collocare inter
agmina ſanctorũ digneris veſte quoqꝫ immor‑
talitatis indui & paradiſi amenitate confoueri
iubeas. Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuis &
regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorũ. Amen

Sequitur tabula huius operis.
Et primo.

De ſacramento euchariſtie.
Kalendarium.
Euangelium ſecundum Iohannem.
Euangelium ſecundum Lucam.
Euangelium ſecundum Matheum.
Euangelium ſecundum Marcum.
Paſſio ieſu chriſti ſecundum Iohannem.
Stabat mater doloroſa.
Aue regina celorum.
Aue ancilla trinitatis.
Oratio de conceptionis beate marie virginis.
Hore beate marie virginis ad longum ſine require cum veſperis completorium & ordo aduentus domini.
Hore de ſancta cruce.
Hore de ſancto ſpiritu.
Hore de conceptionis beate marie.
Septem pſalmi penitentiales cum letania preces & orationes.
Vigilie mortuorum.
Suffragia ſanctorum & ſanctarum.
De ſanctiſſima trinitate.
Oratio ad deum patrem.
Oratio ad deum filium.
Oratio ad ſpiritum ſanctum.
De ſancta facie domini.
De ſancto michaele.
De ſancto iohanne baptiſta.
De ſancto iohanne euangeliſta.
De ſanctis petro & paulo.
De ſancto iacobo.
De omnibus apoſtolis.

De ſancto ſtephano.
De ſancto laurentio.
De ſancto chriſtoforo.
De ſancto ſebaſtiano.
De pluribus martyribus.
De ſancto nicolao.
De ſancto claudio.
De ſancto anthonio.
De ſancto rocho.
De ſancta anna.
De ſancta maria magdalena.
De ſancta katherina.
De ſancta margareta.
De ſancta barbara.
De ſancta genoueſa.
Septem orationes ſancti gregorij.
Obſecro te domina ſancta maria.
Miſſus eſt gabriel angelus.
Oratio ſancti auguſtini.
Oratio dicenda inter eleuationē corporis chriſti & tertium. Agnus dei.
Oratio quando vis recipere corpus chriſti.
Oratio quando recepiſti.
Auete omnes anime fideles.

Cy finiſſent ces preſentes heures a luſaige de Romme toutes au long ſans riens requerir: ont eſte nouuellemēt Imprimees a Paris par Germain hardouyn Imprimeur & Libraire iure de Luniuerſite de Paris demourāt entre les deux portes du Palais a lēſeigne ſaincte marguerite.

Graces je rendz a toy seigneur Jesucrist qui pour la redemption du monde as voulu estre reprouve des Juifz par vng baiser liure du trahistre Judas lie de liens mene comme vng aigneau Innocent au sacrifice Indecemment presente deuant le regard danne caiphe pilate et herode de faulx tesmoings accuse flagelle et tormente dopprobres crache corone despines frappe frappe de buffes leue en croix mis entre les larrons perce des aiguillons des clous abreue de vinaigre et vulnere dune lance doy seigneur par ces tressainctes peines tiennes deliure moy des peines denfer et des tentations du diable auec tous mes parens mes bienfacteurs et recommandez mes facteurs et ennemys et tous fideles chrestiens ditz moy de lhome inique et multiplie de tous biens preserue moy et me nettoye de tous pechez et par ta saincte passion saulue moy et me garde et conduys mon ame et

condnit le larron crucifie avecques toy qui
vis et regne avec le pere en lunite du saint
esperit par tous les siecles des siecles amsi
soit il.

O tresdoulx Jesuchrist qui pour nous indigne
pecheurs as baille tes joues et temples a ceulx
qui les ferroient et ton dos a ceulx qui te battoient
tu as faict le prix pour mes pechez et es hostie
ou oblation salutaire vrayement tu as soustenu noz
langueurs ou Infirmitez et porte noz offenses Je te
prie par cette Ineffable suavite de ta liquence as
daigne tant maymer que delivrer toy mesme a
moquerye flagellation et crucifiement pour moy
que ta precieuse mort surmonte et tue la mort de
mon ame leffusion de ton tresprecieux sang lave
toutes les souillures de mes pechez lamaritude
du vinaigre beu me rassasie de la doulceur de la
vie eternelle tes Jeuns Jesuchrist rompent les
liens de mes pechez tes vulneres ou playes .
seigneur donent sante a toutes les vulneres et
maladies de mon ame les crachatz tes batures tes
souffletz la coronne despines les clous la lance
le tourment de la croix lasueur le sang et le
combat de mort me facent exempt des
peines denfer et participant de leternelle gloire
la glorification de ton corps en la resurrection refo: